




Disquisitio literaria de democratiae apud Athenienses origine et processu


<https://hdl.handle.net/1874/315148>



Doctrina Miscell.
Quarto No. 192.

1. Zwijgers, D. De democraticae apud Athenienses origine, et processu.
2. Hulder, L. De **xxix** Metallorum pondere chemico.
3. Gems, H. R. A. van. De pondere specifico elementorum hemicorum aërisiformi nec non de pondere chemico elementorum quae organica dicuntur.
4. Greven, G. De elliptica luminis polarisatione.







DISQUISITIO LITERARIA.

DE

DEMOCRATIAE APUD ATHENIENSES
ORIGINE ET PROCESSU.

RIJKSUNIVERSITEIT TE UTRECHT



1776 5524

DISQUISITIO LITERARIA

DE

DEMOCRATIAE APUD ATHENIENSES ORIGINE ET PROCESSU

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI JOHANNIS MULDER,

MATH. MAG. PHIL. NAT. ET MED. DOCT. ET PROF. ORD.

NEG NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS LITERARIAE DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

PHILOSOPHIA THEORETICA ET LITERIS HUMANIORIBUS
HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTET

DIDERICUS HENRICUS JURRJENS

Amstelodamensis.

A. D. XII m. Julii, anni MDCCCLIII, hora II.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD J. VAN BOEKHoven, TYPOGR.

MDCCCLIII.





MATRIS

M A N I B U S

SACRUM

PARS PRIOR.

PRAEFATIO.

Veniam juvenilis laboris a viris doctis peto. Scripsi quod debui, non, ut spero, quod potuerim. Curriculo enim academico nondum decurso, munus curandum mihi mandatum est, quod, ut cuique in votis est, ita et ipse libenter suscepit.

Civis academicus statueram democratiae apud Athenienses historiam conscribere; in tot vero occupationibus iisque novis haud semel opus intermisi, atque jam nunc, urgente lege, ne amphora institui coepit currente rota urceus exeat, satius duxi ea edere, quamquam inchoata, quae ipse commentatus eram, quam omnino aliorum sententias niti.

Sed ut ad ea, quae gratus animus exsolvere jubet, progrediar, primus Tu mihi nominandus es, Clarissime Karsten, qui, quae tua in omnes litterarum studiosos benevolentia est, consiliis monitisque studia mea adjuvisti. Quamquam gratiarum actionem non postulas, tamen hunc libellum lecturis beneficia, quibus a te ornatus sum, praedicare meum putavi. Multum tibi me debere scio et agnosco.

—
sed illud praecipuum, quod quo ipse antiquae philosophiae amore ardes eodem me a te incensum esse laetor.

Neque minus in tui memoriam redire mihi liceat,
Clarissime van Goudoever, cuius disciplina mihi per vitam exemplo erit, cuique de me bene merito gratum me discipulum praebabo.

Vos denique, matheseos philosophiaeque professores, Viri Clarissimi, Buys Ballot et Opzoomer, quibus optimis usus sum doctoribus, gratam vestrorum in me officiorum testificationem accipiatis velim. Vobis meliorem abstrusiorum disciplinarum methodum acceptam refero, qua instructus neque vestrorum praceptorum immemor, ad philosophiam jam redierim, opto.

—

INTROITUS.

Omnis democratiae historia proficisci debet a causis, quibus, ut duae in civitate exstiterint factiones, effectum sit.

Nusquam enim, in antiquitate certe, civitas popularis tamquam primigenia reipublicae forma invenitur. Ubique profecta est a contentione, qua tum pauperes ab optimatum dominatione immunes et tutos se praestare atque juris aequalitatem consequi studerent; tum peregrini, a civitate sejuncti, per longum jam tempus iisdem ac indigenae sedibus utentes quaestumque aliunde factitantes, nonnulla sibi jura acquirere conarentur.

Initium contentionis eo spectavit, ut, quod antea more agebatur, in legis formulam redigeretur, quo optimates libidinose atque insolenter se gerere desinerent, legumque potentia major esset quam hominum.

In omni antiquitate eodem fere tempore idem in rebus publicis atque in philosophia obtainere animadvertisimus. Homo enim, in tanta et rerum naturae et juris varietate,

certum et stabile quid suspicabatur, quod vitae modo atque institutis consequeretur. In hujus contentionis natura et indole exponenda, quoad ex historia fieri potuerit, prima mihi de democratia apud Athenienses disquisitio versabitur.

Postquam vero familia, quae fuit prisca rei publicae ratio, obscurata est novumque civitatis genus, auctore Solone, exstitit, quo omnia ferme fortunis ponderabantur, quibus exinde institutis effectum sit, ut, fracta optimatum potestate, superior popularis evaserit factio, altera disquisitionis pars inquiret, initium ducens a concordia fiete a Solone reconciliata.

Continebit igitur disputatio Atheniensium reipublicae historiam, inde a Solone usque ad finem bellorum persicorum, quibus vires populi atque opes auctae Athenisque exitii semina sparsa sunt, quae populi libido uberiora faceret. In qua historiae parte maxime memorabilis est tyrannis, qua plebs optimatibus impar ad futuram victoriam instrueretur.

Inde a bellis persicis aureum illud reipublicae saeculum exstitit, quo Ionum ingenii magnitudo eluxit, sed populi tandem libido variis deinceps institutis in demagogorum spem evecta est. Pericle mortuo, qui prohibuit quominus populus praeeceps rueret, popularis factio, quum victrix e contentione discessisset, liberum habuit campum, in quo omnia divellens atque distrahens exsultaret. Jam vero quum τὸ τῶν ἀπόρων πλῆθος κινδυνον

τῆς πολιτείας, ἀλλ' οὐχ οἱ νόμοι essent 1), neque populo vires residue quibus patrum vestigia premerent, elanguit perpetuae illius legis et aeternae vis, quae quasi dux vitae et magistra officiorum est. Ea tertia sit historiae democratae pars, quam persequar, nisi occupatio consilium peremerit.

DE ANTIQUISSIMIS ATTICAE INCOLIS.

Regiminis forma a populi natura pendet. Utraque initiiis et elementis, ex quibus natio concreta est, nititur. Ad populi indolem formandam valet cum ingenium ejus partis sive tribus, qui prae caeteris pollet, tum res quae vel sua vel externa efficacitate populi indolem flectunt atque regunt; quibus rebus etiam natura soli adnumeranda est, quod aut ob sterilitatem incolas, ut aliunde sibi victum et cultum quaerant, impellit, eoque exterorum commercio et mercatura favet: quae, si ad rerum in Graecia commutationes animum attenderimus, ubique agnoscestur ingenia ad novas res procliviora reddidisse: aut ad agriculturam idoneum est, et, veluti maxima Peloponnesi pars, portibus destitutum, ut

1) Arist. Pol. IV. c. 6.

incolas ab omni commercio arceat.

Ut igitur recte de democratia statuatur, populi principia cognoscantur necesse est. Quae quaestio, quo clarius in historia cernuntur populorum origines, eo facilior est explicatu. Quum vero vetustae Atheniensium res in oblivionem abisse videantur, vel potius partim in mythos mutatae sint, partim obscuratae, quod maxime de temporibus post Codrum valet, ad conjecturas confugiatur necesse est. Athenarum enim populus a commercio cum reliquis Graeciae civitatibus, quarum pars certe laetiora jam ex mercatura incrementa capiebant, remotiores erant, quo factum est, ut populi exigua esset potentia atque omnis potestas omnesque rei publicae vicissitudines 1) ad optimates pertinerent.

1) De iis valent, quae Sismondi, Histoire de la chute de l'Empire Romain, de Saec. X. p. 493 scripsit.

La partie active de la nation composée des ducs, des comtes, des seigneurs châtelains, échappait presque complètement à l'histoire par sa profonde ignorance, par sa complète indifférence sur l'opinion des autres et le jugement de la posterité. Le travail historique, que cette même noblesse encouragea plus tard, pour la recherche de ses généalogies ou le blason de ses armoiries, n'avait point encore commencé. La vanité de naissance est elle-même un progrès social, car elle indique l'estime qu'on fait, au moins sous un rapport, de l'opinion des autres. Il s'agissait fort peu pour la noblesse d'où elle venait, il lui suffisait seulement de savoir qu'elle était forte.

Florente Atheniensium republica, vetustae res paucos tantum nactae sunt scriptores, qui pristinae historiae indagandae operam navarent. Praesenti enim gloria delectati atque in futuram semper rapti, antiquitati lumen affundebant a praesenti rerum conditione depromptum. Antiquae res repeti demum cooptae sunt, quum Athenienses de pristina dignitate consequenda non jam sperarent ac libertas in perpetuum deploraretur.

De antiquissimis autem rebus vix quidquam certi proferri potest, quoniam scripta eorum, qui mythos ab historia discernere conati sunt, temporis injuria maximam partem interiere, inque posterioris temporis scriptis vera et falsa nullo discrimine commiscentur 1).

Multi Pelasgos atque Hellenes ad unam eandemque stirpem referunt 2), quorum tamen sententia sensim paulatimque labefactari incipit, quum in linguis artibus que inter se comparatis multa vestigia deprehendantur, unde efficiatur ambos ejusdem originis non fuisse 3).

1) Conf. Niebuhr. Vorträge über alte Gesch. Berlin 1847. I. p. 202. seqq. p. 216. Grote. Gesch. Griech. Leipz. I. I. 86.

2) Wachsm. Hell. Alterth. Kunde I. p. 53. 70. 2e Aug. Universe K. O. Müller. Stahr Relig. System p. 5.

3) Herodotus I. 57 affirmat Pelasgos fuisse barbaros. Conf. Strabo. C. p. 321. p. 247. in primis quae disputavit Grote I. 2. 600, et Wachsm. I. p. 779. 782. qui, ut solet, Herodotum reprehendit.

Quod nomen *Pelasgorum* tot populis inditum fuit, vix argumento sit, ut credamus omnes hos revera Pelasgos fuisse; sed inde colligatur fuisse nomen, quo omnes universe appellari solerent, qui ante Hellenum adventum vel dominatum fuissent, quosque hi ipsi a se diversos putabant 1). Sic Caesar omnes Germaniae stirpes uno nomine appellat *Suevos*, Tacitus, Germ. II. 6, rationem afferens cur Germani, quorum pristinum nomen ignorat, ita dicti sint, indicat, quomodo ejusmodi nomen oriatur 2). Strabo omnes septentrionalis orbis terrarum partis incolas *Scythes* appellat 3). Ad eam analogiam Pelasgorum nomine pristina saecula significata esse arbitror. Hanc

1) Nieb. Vort. p. 244. Hier ist man immer dadurch getäuscht worden, dasz sich die Griechen selbst oft Pelasger nennen; diese Vermischung tritt aber erst in der späteren Zeit des sinkenden Lebens ein.

2) Ita nationis nomen, non gentis nomen invaluisse paulatim, ut omnes primum a victore (victis?) ob metum, mox a se ipsis, invento nomine, Germani vocarentur.

Quae leguntur l. 1. c. 38. 1. de Suevis satis de Pelasgis valent. „Nunc de Suevis (suevi = schweifen, schweben = πλάνειν, פָלַשׁ; LXX. Ἀλλόφυλοι.) dicendum est, quorum non una ut Chattorum Tenctorumque gens, majorem enim Germaniae partem obtinent, propriis adhuc nationibus nominibusque discreti, quamquam in commune Suevi vocentur.

3) Conf. Strab. de Hom. disputans. c. 34. — c. 36. 30.

appellationem Herodotus haud semel ita usurpat ut sibi non constare videatur. Thucydides, quum videret a mythis nomina divelli non posse, in antiquae Graeciae statum atque progressum describendo eas ferme omisit 2). Ephorus historiam conscribere instituit inde a Heraclidarum in Peloponnesum reditu; qui, quamquam ἐπετίμησε τοῖς φιλομυθοῦσιν εὐ τῇ τῆς ἴστορίας γραφῇ (Strab. p. 422, C), tamen a mythis non abstinuit. — Strabo (IX. 402. 5) in Boeotiae historia adumbranda a migratione Aeolica ad bella Persica transit. Ex quibus apparet, Graecos eosque doctos pauca tantum de antiqua historia pro certis habuisse, dum reliqui vel nulla vel temeraria critica usi sunt, qua omnia magis magisque perturbarentur.

Utrum antiqui illi populi, qui Pelasgorum nomine feruntur, semitica fuerint origine ideoque cum Tyrrhenis quodammodo conjuncti, an fuerint natio, quae intra Libanon, Taurum, Haemum et Alpes, tamquam fines a natura datos, vixerit, non jam pro certo statui possit, quoniam hujus populi reliquiae jam evanuerant, ubi historiae indagatio institui coepta est. — Pelasgi igitur, ut videtur, fuerint stirps, cuius nomen postea ad alias stirpes translatum est; quo vero modo haec cum illis coaluerit indicari jam nequit. Herodotus affirmat eos in Attica fuisse cumque Hellenibus coaluisse, atque eorum nomen et sermonem in oblivionem

1) Conf. Grote I. 1. 325. p. 113, ubi de fide Thue. disputat et p. 323.

abisse, seque Crestone eorum invenisse reliquias, de quibus vix habuit, quod diceret 1). Novissimi de antiquis Graeciae rebus scriptores multa ediderunt, quae maximam partem incertis posterioris aevi testimonii nituntur, atque verius Thucydides, qui quum antiquum Graeciae statum, quam posset optime, explicuisse, cautus addidit: τὰ μὲν οὖν παλαιά τοιαύτα εὑρον, χαλεπά δὲ ταῦτα πᾶν τι ἔξῆς τεκμηρία πιστεῖσαι atque sub init. lib. I: τὰ παλαιά σαφῶς μὲν εὑρεῖν διὰ χρόνου πλῆθος αδύνατα ἦν. Sic paucis indicavit operae pretium non esse mythos ad certam normam revocare, quum in ipsam historiam falsa irrepsissent, quae vix possent discerni. Conf. Lib. I. C. 20. 21.

Hellenum nomen quum plurimum polleret et logographi varios mythos ordinarent atque exornarent ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον τῇ αἰροάσει ἢ ἀληθέστερον, antiqui populi in oblivionem abidere atque ipsi Graeci nova sibi primordia excogitantes antiquas illas stirpes a se sejunxerunt eadem tempestate, quā communibus periculis conjuncti ad majorum rerum spem ergebantur. Sic Thu-

1) II, 51. (I, 56. VIII, 44. VII, 95.) Qui posteriores loci recte interpretantibus non officiunt. — Ad Herod. II. 51. Confer. Strabo V. 221. C. IX. 401. 3. Her. VI. 137. Thuc. IV. 109. qui loci Tyrrhenos respicere videntur, qui iidem fuerint ac Pelasgi, quorumque nomen non paucis stirpibus Her. aliique indiderunt.

cydides, Pelasgis strictim memoratis 1), statim ad notam illam Hellenis genealogiam se vertit nec quidquam affert, unde efficiatur ejusdem stirpis fuisse Pelasgos atque Hellenes.

Herodotus, qui in historiis non ultra Croesi ferme tempora recedit, raroque res altius repetit, ad Pelasgos omnes refert, quorum origines nescit, vel qui ex diversarum stirpium colluvie coaluerant 2). Ut Herodotus ad Pelasgos, sic Strabo ad duas saepe alias stirpes recurrit, Caucones et Leleges, antea Cares dictos. Quam pauca posterioris aetatis scriptores de Pelasgis cognita habuerint e Strabone colligatur, qui sua de iis non proferens, praeter Hecataeum, Hieronymum et Ephorum, nulla adhibita ratione, poetas, potissimum, ut solet, Homerum sequutus est. Ephorus, quem citat p. 221 C, tempora turbans Pelasgos cum posterioris aevi Arcadum mercenariis confundit, qui pristina vitae ratione missa, milites evaserant. Quo testimonio nisus p. 545 C, eadem ubique ratione eos informat, idemque Caucones, quippe Arcadas, — quos p. 535 C Aeolenses fuisse dixit, qui scilicet p. 679 iidem dicuntur ac Dores — ad Pelasgos refert, quia, ut Pelasgi, *πλανητικοί* fuerint. Quum autem ipse ani-

1) Thuc. 1. 3. Ex cuius verbis efficiatur ei persuasum fuisse praeter Pelasgos et alios fuisse, quorum nomina tam late non patuerint.

2) Conf. Röth. Geschichte unserer Abendländischen philosophie I. pp. 329-333.

madvertisset, quantum obscuritatis in ea re esset, cautus addidit multas atque varias de his ferri narrationes. Pelasgos, Dryopes, Caucones barbaros fuisse Hecataeus ei auctor est (p. 521 C), eandemque sententiam (p. 410 C) sequutus barbaris Pelasgos adnumerat; quae sententia ut probetur, ad Homerum provocat. In tanta nominum copia atque perturbatione, cuius exemplum est p. 597 C, quis obscuris istis lucem affundere instituerit? Mirum autem quod Strabo cum Herodoto, quem tamen neglexit, consentit Pelasgos fuisse barbaros atque diversos a Tyrrhenis, quibus antea nomen Lydis fuisse affirmat (p. 520); idemque Atthidum scriptores sequutus cum Herodoto statuit (221. 597). in Attica fuisse Pelasgos. Ex iis, quae attuli, ut omittam Apollodorum et Diodorum, colligo, de Pelasgis nil posse judicari, nisi quod reliquiae gentis fuerint, cuius memoria optimis Graeciae temporibus interiisset. Postea autem, quoniam nomen ubique obvium erat, Graeci id ad historicam normam revocare conati sunt, aut aliis mythis miscuerunt 1).

Hellenum origines, qui iidem ac Dores habendi sunt,

1) Num Pelasgi fuerint Philisti, Plethi, Kethri atque Kari. Conf. Röth. I. l. p. 88 atque ann. 14. 17. 25; de Etruscis p. 92.

Her. et Strab. sententia, Pelasgos fuisse barbaros, plus apud me valet, quam novissimorum auctorum conjecturae. Quamquam hujus loci non est etymologica ratione indicare, quemadmodum

investigari non possunt. Sacer eorum cultus, cui et altaria propria fuisse videntur, orientem refert. Quominus olim ex oriente venerint, non obstat tripartita in phylas divisio, quippe quae demum extiterit, quum sibi terras expugnassent; neque de ipsis phylis satis constat utrum jam ab initio tribus *πάμφυλοι* dicta ad Hellenes pertinuerit an e variorum populorum colluvie deinceps orta sit, quorum nobiles cum ipsis coaluerint, atque ita extiterit tripartita divisio, quod postea in Peloponneso ubique obtinuisse invenitur.

Ut conjicere licet, e variis populis confusi erant, quorum filios sive nobiles Hellenes dicendi sunt. Eos ex oriente profectos esse ex iis conficiatur, quae linguarum investigatio congesit 1). Multa enim deorum nomina ex Aricis sive Indo-Germanicis radicibus explicantur; alia contra Graeci sermonis vocabula ad semiticas radices referenda sunt 2).

Philistorum, Pelasgorum et reliquorum nomina cohaereant, tamen utriusque auctoris sententia et argumentis aliunde petendis nitens, puto Pelasgorum stirpem, — diversissimam ab Hellenibus fuisse.

1) Conf. quae Leo. Univers. Gesch. 3 Aufl. p. 250. 64. 72 ex Bopp. Vergleich. Gramm. et Lassen. Indische Alterthumsk. I. Th. attulit, praeterea Stuhr Rel. Syst. p. 31., qui vero diversos fuisse populos negat.

2) Conf. Ross. in d. Zeitschr. für d. Alterthums wissenschaft 1850. N°. 25, p. 195 seqq.

Quod si verum est , pertinuerint hae radices ad Tyrrhenos sive eam Phoenicum stirpem , quae , quo tempore Hebraei ex Aegypto remigrarunt , in insulis atque terris mari adjacentibus consedit . Num Aeolenses in Hellenibus censendi sint , non constat . Ut ex nomine judicare licet , varii fuerint populi , qui meridionalem Thessaliae partem incoluerunt 1). Dores autem , quorum nulla ferme apud Homerum mentio est , in Phtiotide latebant , unde postea in terras ex adverso Peloponnesi migrarunt . Jam antequam in Peloponnesum trajecere , majorem usque auctoritatem , armis potissimum partam , assecuti sunt , qua sacra et jura circumiacentium populorum , praesertim eorum a quibus , ut auctor est Thucydides , arcessiti erant , multis partibus immutatus sit . Hellenum religionis hoc fuit proprium , ut antiquiora instituta omnia ipsosque populos ad deos heroesque referret . Etsi autem Hellenum auctoritate hic cultus , Homeri atque Hesiodi figmentis ornatus atque populari Graecorum opinione receptus , vulgo invaluerat , eruditioribus tamen illa de Diis doctrina non satisfecit . Itaque quum in alias jam res conversi , novos mythos informare desiissent atque studerent omnium rerum divinarum atque humanarum vim , naturam causasque nosse , vetustioris illius religionis reliquias respexerunt , quae ad rerum naturam ejusque vires pertinebant ; cuius

1) Dr. E. W. Fischer. Griechsche Zeittafeln. p. 20.

religionis reliquiae usque ad Pausaniae tempora manserunt,
quasque frustra cum Hellenum cultu conjungere conati
sunt 1).

Num Iones fuerint Pelasgi, demonstrari vix potest 2).
Quod si placet Pelasgos unum eundemque populum fuisse,
intra fines supra commemoratos degentem, cuius diversis
partibus locorum natura atque temperies diversam indiderit
naturam, Iones ad hos pertinuisse censendi sunt; eos e
Creta vel ex Asia advectos esse e mythis colligatur, idque
multa eorum in Peloponneso vestigia indicare videntur 3).
Si autem ad Atheniensium historiam atque illam aetatem,
quae inde a Codri tempestate incipit, attendimus, mirum
est, quod Codridae et Paeonidae, qui in Atticam migrasse
dicuntur, per totam historiam primas obtinent; contra

1) Stuhr p. 19. 20 et Grote 1. 1. 273 de pristina religione
dissentivt: Ille: Der alte Baum-Felsen und Stein-Dienst der Pelas-
gische Vorzeit musz nach allem, was eine gründliche Geschicht-
forschung lehrt, ganz anders und weit tiefer und geistiger gedeutet
werden, als auf Fetisch- und Amuleten- Dienst. Hie. Jhr Polytheis-
mus, der einige Elemente eines ursprünglichen Fetischismus
enthält.

2) Kruse, Hellas I, probare instituit Iones non fuisse Pelasgos.
Plasz, Vor- und Urgeschichte, diversam sententiam sequitur atque
in recenti opere, praemio ornato, *Die Tyrannis*, candem sententiam
laudat.

3) Conf. tamen Meurs. VI. 21. Lect. Attic.

Hellenum nobilium , qui prius in Atticam confugerant , quorumque auctoritas magna fuisse fertur , nulla mentio fit , atque ipsi indigenae nobiles tam rari apparent , ut ferme nullos fuisse diceres . Si omnia quae apud Herodotum , Strabonem et Pausaniam leguntur contulerimus , dubitetur num revera Iones longo tempore ante Dorum migrationem in Attica fuerint . Multa illi sententiae officere videntur . Quum autem nondum satis perspectum habeam , quo modo Athenienses illam de Paeonidis deque Theseo historiam exornarint , in sequentibus vulgarem sententiam sequutus sum . De Ionum cultu divino nihil pro certo affirmari potest , neque ex Neptuni nomine , qui et in Thessalia et apud Iones colebatur , sequitur , ut Ionum origines ex Thessalia petendae sint .

Hellenibus autem Iones adnumerati sunt demum in illa Hellenis genealogia , in quam omnes Graeciae populi deinceps ad familiae similitudinem sunt receptae . Apud Homerum ea genealogia non exstat , neque ante nata videtur , quam Graeci aliquo vinculo inter se continerentur . Quo autem tempore extiterit non ita constat ut omnes in eo consentiant , neque id ex Hesiodi fragmentis definiri potest . Schömann (Ant. j. p. 165 : 9) . sibi persuasum esse dicit , fabulam de Ione ejusque filiis non extitisse ante colonias in Asiam deductas . Si autem Hesiodus vel posterioris aevi scriptor ejus auctor dicendus est , multo post extiterit , praesertim illa *de Ione* mentio . Grote eam ad annum 676 referens , animad-

vertit primos in eam receptos esse Dorum atque Aeolum. In eandem igitur genealogiam Iones, qui natura et fatis ab Hellenibus diversi erant, recepti sunt. Genealogi enim ne Ion nuda esset persona, undique corripuisse videntur, quibus eum exornarent, atque sic Eumolpi victori grato animo Athenienses civitatem ordinandam praebuerunt, qui institueret ea quae aut ipsis Ionibus initio propria fuerant aut quae genealogi antiquitati tribuerunt, ut institutorum gloria augeretur. Cum Hellenum autem adventu Apollinis in Attica cultus conjungendus est. Quem ad modum cultus ante Hellenum adventum ex variis initiis concretus sit, vix explanari potest. Universe post coloniam ex Asia advectam, cuius ducem appellare licet Cecropem, deorum cultus ita coaluisse videtur, ut Ionum Neptunus et Erechtheus qui ad Pelasgos pertinuerit confusi sint; cum hoc *Ποσειδῶνος Ἐρεχθίως* cultu *Αθηνᾶς* sacra conjuncta sunt. Haec enim jam ab antiquis Atticae incolis culta esse videtur atque per illam Cecropis migrationem primas obtinuisse, quo factum est ut Ionum Neptunus, qui et in Attica et in Peloponneso colebatur, ibi pristina dignitate privatus ipsaque urbs Athenae dicta sit. Quo magis autem Hellenum cultus praesertim per oraculum Delphicum invaluit, Minerva pristinam indolem mutavit, tandemque *πρόμαχος* facta est, atque ab Hellenibus, quos traditio ad Xuthum refert respicitque Thucydides, Apollo postea *πατρῷος* dictus, profectus est. Hellenes enim, quorum res in Attica gestae Ioni tribuuntur ipsique Apollini,

qui in bello Eleusinio et Thracico Ioni adstitisse fertur, in Atticam civitatem recipiendi erant. Si verum est Hellenes quondam Athenienses a reliquis populis defendisse atque eorum adventu non paucos in Peloponnesum migrasse, inde colligatur quanta in republica fuerint auctoritate. Iisdem fortasse gentium, in quas recipiendi erant, ordinatio tribuenda est, ut, dum pro se quaeque familia sacra patria retineret, eae, quae ab eodem sive ficto sive vero proavo ortos se gloriarentur, hujus sibi sacra communia suscepient, quae autem ex diversis partibus essent concretae nova condiderint sacra, quo facto Apollo omnium phratriarum praeses coli coepitus est. Num omnia, quae lexicographi et grammatici antiquitati tribuunt, phylas, phratrias, gentes, familias, numeros, ad antiquissima tempora referenda sint, jure addubitetur. Neque constat de ipsis regum nominibus, certe quoniam necessariis, quippe quum facta et eventus cum nominibus conjungenda sint. — Quum enim ubique terrarum omnes in republica commutationes cum illustri ferme viri nomine conjunctae inveniantur, non caret specie veri posterioris aevi scriptores rerum pristinarum vices, quarum vestigia in mythis inque poetarum figurantis obvia erant, ad illud exemplum cum certis et illustribus nominibus conjunxisse, ipsasque res ad suoris temporis modum ordinasse. Thucydides enim bellum Trojanum ad civilem rationem exigens, qua Graecorum potentiae progressio demonstraretur, Thesei nomen in rebus Atticis

non missum facit, sed eum, omnibus mythis nudatum, civitates Atticas in civilem communitatem, ad ipsius aetatis ferme similitudinem, consociantem facit. Strabo (597. C) res altius repetens, auctore Philochoro, Cecropem dicit incolas in duodecim urbes distribuisse, quas Theseus conjunxit.

Novissimi autem scriptores, ne rerum ordini quid deesset, eas cum duodecim phratriis componere conati sunt.

Livius eandem, quam ceteri sui temporis Romani, genealogiam sequutus atque superstitione vetustatis veneratione id praesertim inquirens, «quae vita, qui mores fuerint, per quos viros quibusque artibus domi militiaeque et partum et auctum imperium sit, ut exempli documenta in illustri posita monumento intuerentur Romani», posteriorum temporum instituta in prima Urbis saecula ad certam ferme rationem distributa transtulit, atque commenta omnium, quibus ducibus usus est, in suum opus transferens, piaequem fraudi fortasse ipse indulgens, ostendit, quomodo Diis adjuvantibus omnia orta et progressa sint. Quam multa vero oratores, grammatici et mythographi, quibus nitimus, ad prisca tempora retulerunt, ne quidquam esset quod sua laude certaque explicacione atque origine careret! Vere Vico: «Par un effet de la nature infinie de l'intelligence de l'homme, lorsqu'il se trouve arrêté par l'ignorance, il se prend lui-même pour règle de tout..... s'il ne peut se faire aucune idée des choses lointaines et inconnues, il les juge sur les choses connues et présentes..»

Praeter Pelasgos, Hellenes et Iones, plures memorantur gentes et tribus, quas recensere hujus loci non est. Quamquam enim in diversis demorum studiis diversae origines apparent, hae tamen ad ingenium Atticum excelendum nullam ferme vim habuerint.

Pelasgorum autem nomine, a certo populo, ut supra disputatum est, petito, postea usi sunt, quo stirpes significarentur, quae optimis Graeciae temporibus in oblivionem abierant, quas quidem Graeci alienas a se putabant, primum autem oratores, quo tempore Graecia proclivi cursu delabetur, tamquam proavos jaclarunt. Vel sic tamen Pelasti si non magnam in Graeciam intulerint artium scientiam, at magnam certe vim, quae scientiae est efficacitas, in omnes populos, in quos recepti sunt, habuerint. Multo ante quam Hellenum religio antiquiori cultui se miscuit atque in longum tempus antiquas de Diis in Attica opiniones obscuravit, orientalis disciplina eas rexerat. Graeci enim, quibus genus humanum unum non erat, quique, omnia sibi tribuentes, ceteros omnes barbaros vocabant, de generis humani progressu ne cogitabant quidem, neque inquirebant, qui finis humano generi a natura propositus esset. Herodotus Graecos cum Aegyptiis componens nihil videt nisi rerum fortuitarum concursionem. Thucydides de antiquorum Graecorum vitae cultu disputans, nil amplius dicere habet, quam ut barbarorum instituta Graeca referant. Neque Polybius, qui Romanum im-

perium tamquam summum rerum humanarum finem habet, illud gentium et seculorum vinculum animadvertisit, quod christiana tempora perspicere sibi videntur 1). Antiqui enim non respiciebant, quem ad modum populi eorumque artes, disciplinae et instituta cohaereant. Aristoteles inquisivit quidem de rebus publicis, sed praeterita respiciens atque priorum philosophorum disciplinas dijudicans, magis ad res et materiam quam ad ingenium mentemque attendit. Quum igitur Graeci ingenii humani progressum non respicerent, non mirum quod orientis in Graeciam vis in oblivionem abiit, praesertim quum politicas commutaciones sacrorum immutatio praecesserit, quae, Hellenibus in Atticam receptis, absoluta est. Resurgens autem antiquorum incolarum ingenium propriam sibi tandem munivit viam, non tamen ita ut Dorica vis atque efficacitas evanuerit, quae, quum in septentrionali Peloponnesi parte Doricae civitates efflorescerent Homerique dii acciperentur, novis semper viribus aucta est. Usque ad bella Persica Iones nullam ferme

1) Pol. 1.4 *καθάπερ η τύχη σκεδόν ἀπαντα τὰ τῆς οἰκουμένης πράγματα πρὸς ἐν ἐκλινε μέρος, καὶ πάντα τεύειν ἡνάγκασε πρὸς ἑνα καὶ τὸν αὐτὸν σκοπόν· οὗτος καὶ διὰ τῆς ιστορίας ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἀγαγεῖν τοῖς ἔντυγχάνοντι τὸν χειρισμὸν τῆς τύχης, φένεζηται πρὸς τὴν τῶν ὄλων πραγμάτων συντέλειαν.*

Conf. quae disputat de historia gentium § 6.

gloriam adepti, reliquis Graecis serius ad aliquam potentiam pervenerunt. Ante bella Persica ingenii quidem specimina utrorumque Ionum non defuerunt, sed post vinculum Asiam inter et Europam restitutum, quum democracia nullum sejungens, omnibus animi ingenii virtutes aequa spe excitarentur, Iones immortalem disciplinarum artiumque gloriam consequuti sunt.

Ionici atque Dorici ingenii discriminem, cui tantum tribuit Thucydides, quodque recte perspectum habuisse videtur, non tempore demum effectum erat. Nitebatur enim diversa utriusque populi natura et fatis, atque initio occultum et quasi involutum, maturiora tantum tempora exspectabat, quibus appareret. Iones, quibus in fabulis de Ionis rebus gestis bellicosi aliquid tribuitur, natura a bellis abhorrebant; vita agresti delectati diu aequabili ingenii motu usi sunt. Post bella Persica vero quum in Asia multa officerent, ne Iones ad potestatem pervenirent, Athenae sedes imperii artiumque evaserunt, quamquam poeseos et philosophiae artiumque primordia in iis regionibus extiterunt, ex quibus fortasse Ionum origines petendae sunt.

Atticis in primis datum est, ut, quae alii invenissent, his ipsi meliorem formam tribuerent, atque illorum fuit, quasi naturae instinctu, aliorum opes in suam convertere utilitatem. Athenae cum reliquis Ionibus collatae, initio pauca tantum habuerunt artium lumina, verum undique summa eo confluxere ingenia et quum ipsi Ioniae pristinae glo-

riae nisi umbra nihil relictum esset, Athenis poetarum artificumque genus floruit. — Iones, natura adventitiis atque peregrinis non infesti nihilque a se alienum putantes, ut ingenio agiles 1), paullatim mobiliores evaserunt, quod et in rebus civilibus et in artibus agnoscitur: quo magis res publica ab antiquis institutis recessit, eo magis severiora artium praecepta missa sunt.

Aequabilis Dorum status tandem corruit, praeter obscurarum rerum memoriam nihil ferme ad postera saecula tradens. Iones contra, quia nihil offuit, quominus rationem populi naturae insitam sequerentur, per breve temporis

1) Apponere licet derivationes Ionum atque Dorum nominum, quae satis cum utriusque populi natura convenient.

Ionum enim nomen derivetur a verb. *iéω*, *iáω* (*iημι*), quocum conjungendum *iòς*, *iάπτω*, *iητίος*, *Iέοντες*, *Iονες* (accentus non obstat, sic *αιόλος* = *αιολος*) iidem ac sagittarii. *Ιωριών* nomen recte derivatur a *δόρατι*, quod antiquitus tractaverint, cui derivationi non obstat quantitatis diversitas. Conf. Cl. S. Karsten, in actis Soc. Ultraj. 1852; qui Aeolenses cum Allemannis componens, Sabinos et Samnites (*Σαυρίτας*) refert ad radicem *Sab* sive *Sav*, quae ex antiquorum jam sententia ad *Σαύριον* = *haslam* pertinet.

Sic Ios. Bell. Jud. II. 13. *Σικαρίονς* = Sicarios memorat, qui ab armis nomen habuerint medioque aevo audierint Assasins; apud Tac. Germ. 40. Svardonum nomen a rad. *suard* = zwaard derivandum esse videtur. Cff. Longobardorum nominis derivationes.

spatium rem publicam nobis spectandam praebent, ad quam velut illustre historiae monumentum naturalem rerum publicarum cursum exigamus. Idem in civilium factiorum contentione, quae ipsius Graeciae discordias referebat, ingenii specimina ediderunt, ad quae contemplanda semper posteri revocentur.

Sed haec hactenus. Venimus jam ad ipsam plebem, cuius de conditione nobis exponendum est. Quum plebs et phylae arte cohaereant, prius de his quae et quales fuerint, exponere aggredimur.

DE PHYLIS ET DE PLEBE.

De phylis dubitanter sententiam protuli, non quod nova sit, sed quod ex antiquissimae historiae reliquiis, a poetis libere immutatis atque ornatis, ab Atthidum scriptoribus vel grammaticis pro suo arbitratu dispositis, nisi conjectura nihil consequi possumus. Quamquam e rerum vicibus demonstrari jam nequit, quemadmodum phylarum, phatriarum, gentium et familiarum continuatio et series pedetentim exstiterit, tamen non dubium est, quin rerum publicarum fundamenta et initia in familiis ponenda sint.

Quum familiae augerentur, aliae nomine opibusque ornatissimae factae sunt, aliae ob egestatem in clientelam se contulere. Quo facto omnes eundem *ἀρχηγὸν* colentes communiaque sibi sacra suscipientes, gentem effecere; quae cum antiquissima sit conjuncio, cognatione et affinitate nixa cumque religione arte conjuncta, in mediis rei publicae commutationibus intacta permansit. Hae gentes juribus distinctae societatis speciem imitabantur, quae

postquam in nova corpora πολιτικά, phratrias dicta, redactae sunt, distinctos dignitatis gradus habuerint necesse est. Etsi phratriae cum sacris conjunctae erant, tamen priscis temporibus cum summae rei regimine arte cohaerabant.

Hujuscemodi autem societas si integra mansisset neque cum aliis in unum coaluisset neque recepisset exterros, sed per se ab omni cum ceteris communione remota fuisse, appellatione a ceteris quidem distincta fuisse sed dubito exstiterintne in occidentali orbe terrarum phylae orientem referentes. Quum vero ubique stirpes aliae cum aliis se miscuerint atque aliae aliam a natura praescriptam viam habuerint, prinsquam in historia se ostendant, difficile est primordia repetere atque probabiliter ostendere, qua progressione cursuque ad rem publicam efficiendam usa sint. Id autem potissimum de Ionum phylis atque Dorum valet. Apparent enim quum jam e variis initii concretae sunt, atque veteres Atticae phylae demum memorantur, quum evanescunt.

Iones, quorum reliquiae vel vestigia etiam in Peloponneso commemorantur (Schöm. Ant. jur. publ. 46. 5. Grote I. 2. 752), ante Hellenum adventum in Attica fuerunt ibique duodecim civitates, si re vera certus numerus fuerit, constituerunt, quarum aliae alio tempore ad potentiam aliquam pervenere. Praeter ea Ionum oppida alia fuere, quae alias populos conditores habuisse videntur (Schöm I. 1. 164. 10. Grote II. 1. 57),

veluti Eleusis, quae oppida post longum demum tempus cum Athenis coaluisse videntur.

Inter haec autem Athenae primas obtinuere, quarum rex a reliquis, si quando bellum a finitimis moveretur, in auxilium consiliumque vocaretur¹⁾. Fuit igitur antiquitus jam vinculum aliquod, cuius primordia ab originis et sacrorum quorundam communione repetenda sunt. Quamquam cujusque harum civitatum progressio dignosci non potest, tamen Thucydides et Plutarchus singulis eadem instituta tribuere, regibus exceptis. Si enim in iis reges fuissent, sine bellis eas in unius civitatis formam Theseus vix redigisset neque Thucydidem Thesei tempore de regibus cogitasse ipsius verba insipienti in promptu erit.

Tittmann Gr. Staatsv. p. 78. ad Ithacae similitudinem civitatum descriptionem tales fuisse putat, qua Atticae in duodecim partes distributae principes praefuerint, qui regi Athenarum obtemperantes, haud raro tamen vel contra regem vel inter se belligerantes, omnia ferme suo arbitratu administrarent.

In his quum Iones maxima auctoritate pollerent, in omnibus eadem atque Athenis rerum conditio extiterit necesse est, neque eo tempore, quo coaliuere, ulla rerum commutatio fuerit, nisi quod, quum iisdem omnes insti-

1) Thuc. II. 15. Pent, Thes. 24.

tutis uterentur, civium numerus auctus est. Fuere profecto quaedam instituta in singulis urbibus, quae ubique eadem non fuere. Juxta Iones enim alii habitaverunt, qui, quum Ionum in Attica auctoritas cresceret, aut possessionibus amissis, non jam suo arbitrio vivebant, sed pro illis agros colentes frugum partem tantum accipiebant, aut, quippe qui nobiles essent, in Iones recepti sunt.

Ut Athenis sic apud omnes Iones phratriae et gentes extiterunt, quarum antiquissimis temporibus summa in civitate fuerit vis, et, quum ipsae civitates coaluisserint, ad certam normam revocatae sunt. Hae autem utrum jam ab initio ubique certo fuerint numero, ut a posterioris temporis scriptoribus traditum est, an diversae in diversis locis, definiri quidem nequit, posterius tamen verisimilius est. Post vero quam in unam civitatem coissent, ad certum numerum, qui idem semper mansit, distributas esse addubitat vix licet. Post hanc civitatis communitatem phylae exstisset videtur. Si ex analogia rem judicare licet, vetusta Romae historia eandem ferme rerum progressionem ostendit. Ut in antiquo Romae statu scriptores haud semel instituta, quae ad Ramnes, Tities et Luceres conjunctos pertinent, ad solos Ramnes sive Romanos translaterunt, sic quatuor phylae ad solos Athenienses translatae sunt, perinde ac si illa phylarum, phratriarum et gentium descriptio, non e populi natura profecta, sed incolis quasi extrinsecus indita esset. Ut Romae

Sabini et Etrusci, postquam cum Romanis coaluere, ab his curiarum distributionem acceperunt, propriam habentes, sic coalescentes Attici, qui non omnes Iones fuere, ad Atheniensium phratriarum similitudinem suas conformaverint. Atque ut Romanae rei publicae gloria ab hac communitate profecta est, ita Thucydides, enucleata narratione missa, universe indicat ab his inde temporibus auctam civitatem novum tenuisse cursum. Non diffiteor ista omnia nulla testimoniorum auctoritate niti quippe maximam partem ab auctoribus petita, qui, ut tantae rerum obscuritati lumen affunderent, ipsi quam potuerint optime praeteritorum seculorum effigiem sibi informarunt. At enim in rebus historicis iisque obscuris fieri non potest, ut ab omni conjectura abstineamus, atque etiamsi Romulum et Tatium mythicas fuisse personas ponamus, tamen negari non potest plures stirpes in Romanum nomen coaluisse. Huic autem stirpium consociationi non obstat, quod phylae *Ionicae* appellantur. Primum enim ut Hellenibus in genealogia Iones admixti sunt, a quibus longissime aberant, sic genealogi phylarum nomina ad Iones filios retulerunt, quo hujus nomen exornarent. Neque alia sunt argumenta unde efficiatur phylas istas solius Ionicae stirpis fuisse. Nam neque apud Plutarchum nec apud Strabonem phylae *Ionicae* commemorantur. Grammatici vel Lexicographi, qui hac de re testes citari possunt, non declarant num phylae *Ionicae*

appellarentur. Quod autem in Cyzicena inscriptione eadem quae Athenis phylae commemorantur, ex eo non colligatur, Ionibus has phylas proprias fuisse. Quum de tempore, quo hae introductae sint, neque ex inscriptione constet nec ex Eusebio et Syncello, quos attulit Marquardt (Cyzicus und sein Gebiet p. 52 seqq.) tamen id effici possit senatum, 600 senatoribus constantem inque 12 partes divisum, satis ad Atheniensium rei similitudinem, qualis Clisthenis tempore fuit, ordinatum fuisse. Unde collendum, si non ab ipsis Athenis istae phylae profectae sint, regiminis formam postea ab Atheniensibus adscitam esse, neque inde probetur ad solos Iones istas phylas pertinuisse, quum non paucae Atticae stirpes cum Ionibus coaliissent atque phylas constituisserent antequam coloniae in Ioniam deductae sunt. Herodot. V, 69, affirmat quidem quatuor istas phylas Ionum fuisse, sed ex VIII. 44, colligatur eum more suo de Atticae incolis loqui, ut non magis populi origines respiciat, quam nomen quod suo tempore invaluerat, quum Graecia ob diversa studia in duas partes abisset. Porro ex phylis Cyzicenis patet istas ad diversum vitae genus non spectasse, quum natura non ferat, ut eandem ubique omnes vitae rationem sequantur. Phylae numero erant quatuor.⁴⁾

1) *Γελέοντες* (*Tελέοντες*), *Αιγιαλοεῖς*, *Αργαδεῖς* et *Οπλῆτες*, de quorum justo ordine nihil certi proferri potest; conf. Tittm. p. 571. ann. 11. Cf. Plasz. Die Tyrannis. I, 57; 377—394.

Non video cur Meyer de gentilit. p. 4. Euripidi, qui haud semel mythos pro arbitrio immutavit (veluti in Ionis tragoeadia vss. 64. 74. 1390), tantum tribuat ut, Herodoto posthabito, ex ejus versibus justum phylarum ordinem eruat.

Vera autem earum significatio etymologica ratione indagari nequit, non quod initio propriam significationem non habuerint ista nomina, sed quod explicationes ab ipsis antiquis prolatae satis demonstrant aut Strabonis Plutarchoque tempestate verum sensum jam obliteratum esse, aut Attidographos aliquosque his novam explicationem substituisse. Herodotus enim genealogiam illam sequens, nomina tantum recenset. Plutarchus, in vita Solon. C 25, eandem auctoritatem amplectus affirmat *nonnulos* genealogiae fidem repudiare et curiosius fortasse aliam explicandi rationem sequitos esse, qua nominum significationem e vivendi ratione repeterent. Atque ipsorum nominum forma indicat, quantopere mutata sint, ut eam, quam affert Plutarchus, significationem inde eruerent. Strabo, qui genealogiam usque ad Ionem sequitur (583 C 1), nomina non recenset, et multum a Plutarcho discrepans neque unde sua hauserit indicat et commentis suis satis demonstrat se haud recte sensisse 1).

1) Plut. in Vit. Sol. 23 *Kai τὰς φυλὰς εἰσιν οἱ λέγοντες οὐκ ἀπὸ τῶν Ἰωνος νιῶν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν*

Omnis virorum doctorum de phylis sententias referre
hujus loci non est. Böckh, Die Staatsh. d. Athen. I. p. 645.
alt. ed. 1851, statuit haec: «Als gewiss sehe ich an, dass
«vor Solon nicht alle vier Stämme Anteil an den Hoheits-
«rechten hatten; die Hopliten waren der herrschende Adel,
«ihnen unterworfen die Landbauer (*Tελέοντες* oder in
«der amtlich gewordenen Form, deren Erklärung schwierig
«ist *Γεδέοντες*) 1) mit Ausnahme einzelner vornehmer

*γενῶν, εἰς ἀ διηρέθησαν οἱ βίοι τὸ πρώτον, ὥνο-
μάσθαι, τὸ μὲν μάχιμον Ὀπλίτας, τὸ δὲ ἐργατικὸν
Ἐργάδεις, δυεῖν δὲ τῶν λοιπῶν Γεδέοντας μὲν τοὺς
γεωργούς, Αἰγινορεῖς δὲ τοὺς ἐπὶ νομαῖς καὶ προ-
βατείαις διατρίβοντας.*

Ad lectionem *Γεδέοντας* observandum est, Reiskium pro γε
δέοντας dedisse *Γεδέοντας*. Strabo VIII. p. 383. ‘Ο δὲ
(*Iων*) πρώτον μὲν εἰς τέσσαρας φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος,
εἶτα εἰς τέσσαρας βίους τοὺς μὲν γὰρ γεωργούς ἀπέ-
δειξε, τοὺς δὲ δημιουργούς, τοὺς δὲ ἱεροποιούς,
τετάρτους δὲ τοὺς φύλακας.

1) Staatsh. II p. 734. Ubi agitur de lectione πίτρης et πίγρης.
Vielmehr scheint *T* und *I* vertauscht, wie in *Τριγχαι, Τρύχαι* (p. 678. 734) wie in *Τελέων, Γελέων*, welche letztere Form
ausser den andern Quellen, nach denen ich im C. I. Bd. II. s933,
sie zugegeben habe, durch den Zeus Geleon der Inschrift bei Ross.
(Demen v, Att. S. VII neu bestätigt ist, ohne dass hierdurch

und heiliger Geschlechter, die Hirten *Αἰγινορῆς* und Handwerker *Αργαδῆς*. Die Hopliten bilden den Staat vorzugsweise; ihnen steuerten die unterworfenen Landbauer, wie in Indien dem Konige, und sie sind wie Penesten oder Clienten Leibeigene. Theten im Ursprünglichen Sinne (so stellt diese Dionys. Arch. II. 84. Sylb. mit Recht zusammen) ohne Landeigenthum, welches grösstentheils den Hopliten gehörte.“

Explicatio haec partim certe parum liquida est. Nomen *Αργαδῆς* aequo derivari potest ab *ἀργός*, id. q. *ager akker*, unde plura nomina propria, ut *Αργός* et *Αργεῖος* fluxerunt: qui *rustici* hac appellatione significantur.

Num Argadenses fuerint τὸ ἐργατικὸν addubitetur, quum operariorum numerus his temporibus vix ita magnus fuerit, ut populi partem constituerent.

De Teleontibus autem sive Geleontibus magna inter viros doctos dissensio, de quorum sententiis Herm. Gr. St. Alterth. § 49. 1844 adeundus est. Wachsmuthii sententia Hell.

die andere *Τελέων* im Mindesten erschüttert würde, wie man zu voreilig geurtheilt hat. Harum litterarum permutatio num jure defendatur, dubito.

De *ἐπτημόροις* (Pl. sol. 13. Schöm de Com. 362) cum Schöm. facit, statuente eos sextam tantum fructuum partem accepisse. B. conferri jubet quae Rudorff de *partiariis* (Cato R. R. 136) in prooem. ad Lect. seriem Ac. Berol. 1846, disputavit.

Alterth. 1846. in App. 14. p. 816 huc redit: «Die Bedeutung des Wortes $\tau\varepsilon\lambda\acute{\varepsilon}\nu$ (weihen) in ihren Anfängen zu ergründen, ist eine ebenso undankbare Aufgabe, als die Erforschung des Inhalts der Mysterien. Doch liegt vor «Augen, dass das Wort sich früh der Speculation darbot, «und demnach mag ein Symbolischer Gebrauch in bezug «auf die Mysterien früh begonnen haben. Dies lässt sich «von den Eleusinischen Mysterien um so unbedenklicher behaupten, da Teleon als ein damit verbundener mythischer Name vorkommt. Apoll. 5. 13. 4; 1. 9. 16. Hinc idem «ep. 557. Teleontes appellat.» «die eleusinischen Teleonten.» Si igitur Teleontes sive Geleontes sacerdotum fuerint sodalitium, qui agros Eleusinios habitarint vel Eleusinia curarint, quod voluit W., miretur quis, qui factum ut postea nullum collegii vestigium appareat? Neque Wachsmuthii sententiae favent, quae Meyer probabiliter ad Rossii demos p. IX disputavit. In inscriptione p. VII. 6. memoratur quidem $Z\varepsilon\nu\varsigma \Gamma\varepsilon\lambda\acute{\varepsilon}\omega\varsigma$, non $T\varepsilon\lambda\acute{\varepsilon}\omega\varsigma$, quam lectionem p. IX. Meyer respuit, sed pro $\beta\alpha\upsilon\lambda\acute{\varepsilon}\eta \iota\epsilon\varrho\alpha \xi\rho$ $\text{'}E\lambda\acute{\varepsilon}\nu\sigma\iota\pi\iota\omega$, legendum esse censet, $\beta.$ i. $\xi.$ $\text{'}E\lambda\acute{\varepsilon}\nu\sigma\iota\pi\iota\omega$, obscurata littera ω , qua ratione Geleontes cum Eleusiniis nihil commune habuerint. Praeterea si tempore Thesei i. e. ante Codrum phylae exstiterunt, quo minus Geleontes Eleusinia curaverint, obstat Homericum carmen in Cererem, vss 96—106 451—475) quod neque Athenas memorat neque ullum habet vestigium, unde efficiatur Eleusinia

ad Athenas vel ad Geleontes pertinuisse. Boeckhii autem sententiae, *Tελέοντας* interpretantis rusticos, qui vectigalia penderent, vel hoc parum favet, quod *τέλος* et *τελεῖν* de solvendis vectigalibus serius demum usurpata videntur: apud Homerum certe ea verba hoc sensu ignota sunt; quare magis arridet Valkenaerii derivatio, a *γελεῖν* (*γελᾶν*) *Τελέοντας* explicantis *illustres*.

Quo autem vinculo phylae et reliqui incolae continerentur, et quomodo factum sit, ut procedente tempore omnes Athenis obediverint, non constat. Neque etymologica ratione effici potest, utrum principio ipsae phylae juribus inter se distinctae an pares fuerint et posthac demum nonnullae gentes regno potitae juris aequalitatem sustulerint. Si autem respicimus, quae posterioris aetatis scriptores tradiderunt, incolae Atticae omnes in phylas coaluisse videantur. Quae enim ad solas Athenas spectabant, ad omnem Atticam transtulerunt, et rursus quae totius Atticae erant, unis Athenis tribuerunt. Civitatem enim e variis deinceps stirpibus coaluisse probe scientes atque in antiquo civitatis statu investigando regionis naturam sequentes, totam Atticam Pandioni subjectam fecerunt, quem filiis suis eas partes reliquisse perhibuerunt, in quas Solonis tempore regio partium studiis divisa erat. Ita jam inde ab antiquissimis temporibus unus habebatur populus, qui auctore Pandione divisus, postea rursus in unum restitutus sit. Ista Pandionis regni partes fuerint *ἡ περὶ τὸ ἄστυ ἀρχή (πεδιάς)*,

Αιανδία, Παραλία, Μεγαρίς. 1) Praeter eam alia regionis divisio est Philochori (Strab. IX. 596), quae cum illa nihil commune habet, nisi oppida ita distribueris: Cecropiam, Phalerum, Eleusidem in Acten; Aphidnam, Deceliam, Cephisiā in partem mediterraneam; Epacriam, Cytherum, Tetrapolidem in Diacriam; Thoricum, Brauronem, Sphettum in Paraliam. (Schöm. Ant. j. p. 164.) Dubito autem num populi primordia ita ad mathematicam rationem revocari possint, neque desunt vestigia, unde colligatur non pauca oppida vel suo arbitrio vixisse vel mutua societate conjuncta fuisse (Gr. 2. 4. 56.) Persuasum habeo istud numerorum systema ad phylarum phratriarumque exemplum a posterioris aevi scriptoribus locis et personis inditum esse, ut obscura historiae tempora explerent.

Idem cadit in antiquissimas phylas, quarum nomina et ordinem poetae vel historiarum compilatores suo libitu concinnarunt, ut, quum rerum progressus atque series non jam cerneretur, declararent quomodo paulatim civitas esset formata. 2) Ut autem primum plebs

1) *Ἄντη* in fr. Soph. ap. Strab. IX. 329 non memoratur; leguntur enim εἰς ἀντὰς τῆσδε γῆς, quod Schöm. de Comitiis p. 344 mutavit in εἰς *Ἀντήν*. Meineke in libro vindicularum Strabon. 1852. versum ita supplevit ἀντὰς ἀπελθεῖν τῆσδε γῆς (*προεσπέρους*).

2) Quo judicio posterioris aevi scriptores usi sint, declarant

quae qualisve fuerit, discernatur, de qua in hac quaestione potissimum agitur, paullo longius in historica tempora descendere lubet. Ita enim fortasse melius efficietur, quem plebs obtinuerit locum.

In Herodoti narratione, V, 69, antiquae phylae τῶ δῆμῷ opponuntur. Cur plebs Clisthenis causae faverit, Herodotus significat his verbis: (*Κλεισθένης*) τὰς φυλὰς μετωνόμασε καὶ ἐποίησε πλεῦνας ἐξ ἑλασσόνων δέκα τε δὴ φυλάρχους ἀντὶ τεσσέρων ἐποίησε, καὶ δέκα τοὺς δῆμους κατένεμε ἐς τὰς φυλὰς. Plebem igitur a plena civitate non jam sejunxit. Eos enim, qui quatuor phylis adscripti erant, optimo civitatis jure cives fuisse puto, phratriarum gentiumque participes. Si quod in iis fuerit discriminem, id inde repetendum, quod alii domi degentes res publicas tractarent, alii re rustica delectati in agris habitarent, dum reliqui omnes sive pauperes sive divites

Heraclidis Pontici qui dicitur verba, Polit. fragm. in Thes. Gron. T. VI. p. 2822 (Schneidewini editio mihi non est ad manum.)

Ἄθηναῖοι τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐκρῶντο βασιλείᾳ. Συνοικήσαντος δὲ Ἰωνος αὐτοῖς, τότε πρῶτον Ἰωνες ἐκλήθησαν. Πανδίων δὲ βασιλεύσας μετ' Ἐρεχθέα διένειμε τὴν ἀρχὴν τοῖς νιοῖς καὶ διετέλουν αὐτοὶ στασιάζοντες. Θησεὺς δὲ ἐκήρυξε καὶ συνεβίβασε τούτους ἐπ' ἵση καὶ ὄμοις τιμῇ. — Nulla jam mentio fit neque patriciorum neque plebis.

in θῆτας referrentur. Si utriusque Clisthenis, Sicyonii et Atheniensis, historiam comparaveris, quos Herodotus inter se contendit, ratione imprimis habita consilii, cur phylarum nomina mutaverint, inde aliquid colligi posse opinor. Sicyone enim quum Clisthenes tyrannus rerum potitus esset (Conf. Plasz. Die Tyrannis, I. p. 140 seqq. 1832), Doriensium phylarum nomina mutavit atque novam phylen instituit, quam Ἀρχελάους appellavit. Quo mortuo, post sexaginta annos cum antiquis Doricarum phylarum nominibus aristocratia restituta et nova phyle constituta est, quae eadem fuisse videtur atque Ἀρχελάων illa, sed mutato nomine; quod fecerint, ne plebs novis rebus studeret. Neque dubium quin hi antiqui fuerint Aegialenses, qui hucusque a plena civitate sejuncti vixerant. Idem Athenis obtinuit. Tyrannis ejectis, Clisthenes non novam plebi tribuit phylen, sed nominibus Ionicarum phylarum missis, plebem cum demis in novas phylas distribuit.

Ut igitur Sicyone antiqui incolae non in Doricas phylas recepti erant, idem Athenis factum. Ante Clisthenem phylae continuerint tantum Iones et indigenarum nobiles cum clientibus, qui proprie cives erant; reliqui vero, qui vel suis civitatibus pulsi vel alia de causa sedes in Attica adepti essent vel antiquitus cum ceteris non coaluissent, sensim in societatis communitatem recepti sunt. Quomodo hoc factum sit, definiri nequit, quoniam

placida reipublicae progressio non jam dignosci potest. Jam vero si Plutarchi dicta in vita Solonis attendamus, clarius apparebit plebem in phylas non receptam fuisse. Plutarchus enim civitatem in duas partes divisam facit, divites et egenos, qui ob aes alienum divitioribus obnoxii atque nexi erant. Hi inter thetes censemur, qui, quum ipsi agros non possiderent, vel pacta frugum portione agros proditioribus colebant vel mercede conducti operam locabant. Eos Plutarchus, cap. 29, omnes ad Diacrios refert, non quod omnes cognominem hanc Atticae partem haberint, sed quia in ea factione erant qui ditiores in odio habebant; eosdem cap. 50 pauperes dicit, qui Pisistrato favebant, atque ad eos solos spectant quae sub finem cap. 45 narrantur. Solon quum censum instituisset, hoc potissimum consilio, ut ditioribus patriciis magistratus relinquerentur, discrimen inter antiquos cives, quorum pars rempublicam regebat, pars honoribus exclusa erat, sublatum est. Mature enim naturalis distinctio orta erat eupatridarum, geomororum, demiurgorum; quorum primi erant antiqui cives, patricii, qui urbem incolentes regnum tenebant; alteri partim patricii partim cives minus illustri loco nati, sed agrestem vitam sequentes; demiurgi denique iidem qui thetes. Quum igitur Solon censum instituisset et omnes pro possessionum modo ad rempublicam vocasset, thetibus tantum concessit, quo discordia tolleretur. Censu ordinato, majorem Areopago auctoritatem tribuit.

Quum autem persuasum ipsi esset, ne sic quidem plebem contineri posse, neque satis firmum esse Areopagum, qui populi libidini resisteret, novam creavit βουλὴν. Solonis consilium in altero senatu instituendo, idque ad praesentem quaestionem magni momenti esse puto, Plutarchus c. 19, ita indicat: ἔτι δόρῶν τὸν δῆμον οἰδοῦντα καὶ θρασυρόμενον τῇ τῶν χρεῶν ἀφέσει, δευτέραν προσκατένεμε βουλὴν ἀπό φυλῆς ἐκάστης τεττάρων οὐσῶν ἐκατὸν ἄνδρας ἐπιλεξάμενος, οὓς προβουλεύειν ἔταξε τοῦ δῆμον καὶ μηδὲν ἐστιν ἀπροβουλευτον εἰς ἐκκλησίαν εἰσφέρεσθαι. Eo igitur consilio alterum senatum instituit, vel potius, jure concionandi revocato et cum omnibus communicato, novum munus antiquo senatui tribuit, quo caveretur, ne plebs praeceps rueret neve quis agros aequabiliter dividere ac regiminis formam mutare populo magiora appetenti suaderet. Praeterea si plebs, quae postea in Diacriis fuit (nam ante Pisistratum Diacriorum factionem fuisse non puto), in senatum recepta esset, Paralii etiam senatores facti essent, quod in tanta vulgi imperitia tamque commotis multitudinis animis parum cum Solonis consilio τοῦ προβουλεύειν congruisset, atque ita senatus non ancora reipublicae, sed ipse ἐν σάλῳ fuisse, quod potius in posteriorem democratiam cadit. Si contra e tribus primis classibus sine ullo discrimine senatores legerentur, quod nescio qua auctoritate affirmant Wachsm. I. 480. Schöm. Ant. J. P. p. 175, mirum sane quod Plutarchus diserte

dicit ἀπὸ φυλῆς ἐνάστης, his enim verbis phylae a classibus distinguuntur¹⁾). Ita qui trium primarum classium erant, in phylis erant, non contra. Etenim si quis tribulis 190 medimnis censematur, is pauper non erat, tamen in tres primas classes referri non poterat. Omnes, quorum census ducentis medimnis minor erat, thetes erant neque prae reliquis ejusdem generis honore erant insignes, nisi quod senatores esse poterant.

Qui igitur in zeugitis quidem non censerentur, nihilominus tamen alicui phylae adscripti essent, his, ne aequo

1) Sol. c. 18. *Δεύτερον δὲ Σόλων τὰς μὲν ἀρχὰς ἀπάσας, ὥσπερ ἡσαν, τοῖς εὐπόροις ἀπολιπεῖν βουλόμενος, τὴν δ' ἄλλην μᾶξαι πολιτείαν, ἵς ὁ δῆμος οὐ μετεῖχεν (sc. τοῦ ἐκκλησιάζειν καὶ δικάζειν) ἔλαβε τὰ τιμήματα τῶν πολιτῶν καὶ τοὺς μὲν ξηροῖς ὅμοι καὶ νύροις μέτρα πεντακόσια ποιοῦντας πρώτους ἔταξε πτέ. Cap. 19. *Συστησάμενος δὲ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν ἐκ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν ἀρχόντων, (Conf. Pl. vit. Arist. c 1; 22.) ἔτι δ' ὄρθων rel. quae supra pag. 38 citavi. Ex istis inter se collatis, palam est Solonem in altero senatu ordinando non *τιμήματα*, sed phylarum distributionem sequutum esse.**

Nieb. l.l. p. 374. »Solon aber hat eine Timocratie eingeführt, indem er vier Classen, *συμμορίας*, einsetzte, nach denen die Wahlen zum Senat erfolgen sollten« (?)

ac ceteri thetes honore destituti essent, hoc concessit, ut cum tribulibus, qui censum haberent, senatores creari (*βουλευειν*) possent. Quamquam enim Plutarchus in vit. laud. c. 18. diserte dicit: *Oἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐναλοῦντο θῆτες, οἵσ οὐδεμίαν ἀργὴν ἔδωκεν ἀργεῖν, ἀλλὰ τῷ συνεπικλησιάζειν καὶ δικάζειν μόνον μετεῖχον τῆς πολιτείας*, tamen, si Plutarchus (c. 17. 18.) instituta, quibus Solon rempublicam condidit, ordine exposuit, ille quo tempore senatum ordinavit, ex omnibus tribulibus senatores esse jusserset, etsi ante senatum quadringentorum institutum omnes omnino thetes, tam tribules qui censum non haberent, quam ii qui jam ante Solonem thetes appellabantur, ab omni magistratu arcebantur. Restat tamen ut dicamus, Plutarchum eos solos respxisse, qui ante censum institutum thetes fuissent. Aristoteles plebi nihil tribuit, nisi τὸ τὰς ἀρχὰς αἰρεῖσθαι καὶ εὐθύνειν, atque aliorum sententia de Solonis legibus improbata, suum de illius republica judicium proferens, dicit: *δῆμον παταστήσαι (Σόλωνα) τὰ δικαστήρια ποίησαντα ἐν πάντων*. Apud neutrum ulla mentio fit, thetes fuisse senatores, atque Aristoteles tacite senatum (*βουλὴν*) ad ἀρχὰς refert.

Quod si vere disputatum est, plebs, i. e. incolae eorum demorum, quos primus Clisthenes in phylas distribuit, neque senatores neque tribules fuere. Ab antiquissimis inde temporibus quatuor illarum phylarum ii participes

fuere qui optimo jure cives erant, quorum vero numerus si cum plebe comparetur, non magnus fuerit. Summa autem potestas penes phylas fuit; plebi nihil relictum nisi parendi necessitas. Plebs autem quomodo in eam conditionem redacta sit, vetustatis caligine abditum latet. Si antiquorum Graecorum aequa clara nobis ac Germanorum essent instituta et mores, obscuris istis lumen afferre possemus.

De vinculo, autem quo partiarii (Conf. p. 54) continerentur et optimates, nihil memoriae proditum est, nisi quod Plutarchus nobis auctor est, eos appellatos fuisse *ἐπτημογίας* (*ἐπτα τῶν γενομένων τελοῦντας*), de quibus multa disputata sunt, quorum vero ratio in oblivionem abisse videtur.

Quinam principes in phylis fuerint, etymologiae ope probabiliter exploratum est; de secundo dignitatis gradu interpres in dubium veniunt, idque ipsos antiquos latuit. Quod ne temere dixisse videar, locos Plut. in Thes. Poll. VIII. 409 Hesych. v. *Ἀημιοῦργος*. Etym. Magn. v. *Ἐππατρός*. Moer. p. 407 insipienti palam erit, hos scriptores sicut ipsis probabile videretur rem exposuisse, nobis vero non restare documenta, quibus justam rerum seriem dignoscamus; quare cuique liceat res traditas ex analogia ita ordinare, ut eas inter se connexas et aptas fuisse arbitretur, vel habere ea pro vetusti temporis fragmentis, quorum ratio posteriorum seculorum gloria obscurata in oc-

culto latet. Sed veritati non incongruum videtur ut statuamus, vehementem illam contentionem, quae Draconis tempore exarsit, extra phylas exstitisse. Quamquam incerti sumus, quae ejus causa fuerit, tamen haud scio an lis orta sit, postquam omnes Atticae incolae in Atheniensium ditionem venerant, atque in dies magis vexari cooperant. Alia vero ratio fuisse videtur ejus contentionis quae tempore Solonis et paulo ante orta est. Praeterquam enim quod plebs vexabatur atque cuncti tum tribules, qui parvos agros possidebant, tum thetes, qui praeter corpus nihil oppignorandum habebant, ditioribus optimatum obnoxii erant, haud desunt indicia ex quibus colligi possit, ipsos optimates eo tempore in duas divisos fuisse factores.

Antiquarum phylarum Atticarum distributio num fuerit τοπικὴ, non satis constat. Si autem tribus non spectaverunt diversum vitae genus, sed vel originis vel dignitatis discriminem, non dubito quin omnes tribules inter se mixti vixerint. Plurima nomina demorum, qui in media Attica siti erant atque a priscis gentibus denominati, eo adducunt, ut credamus, antiquos cives in hac potissimum parte degisse suaequae gentis nomen demis indidisse; sed inde non sequitur neque alios cum illis mixtos ibi non habitasse neque illos in aliis quoque demis domicilia non habuisse. Antiquissimis temporibus omnes ejusdem gentis familiae una habitaverint necesse est. Quum vero non sit, cur statuamus connubia

omnium tribulium non communia ac tribules alios ab aliis sejunctos fuisse, τοπικὴ illa phylarum divisio rejicienda videtur. Quodsi extiterit, Solonis certe tempore jam obscurata erat.

Clisthenes phylis primus τοπικὰ assignavit partes. Antea enim phylas inter et demos nullum fuerat politicum vinculum, neque proprio sensu naucrariae phylarum partes dici possunt. Nam juxta phylas, phratrias et gentes altera extiterat Atticae divisio in naucrarias, nata illa fortasse postquam Athenienses reliquos Atticae demos in suam redegerant potestatem, quae divisio posterioris rei publicae status fundamentum fuit. Clisthenes enim praeter nova munera demis ea tribuit, quae antea fuerant naucrariarum, et novae phylae ab illo institutae, quarum partes τοπικαὶ erant, cum antiquis, quae phratrias et gentes continebant, praeter nomen nihil habuere commune. E prisca ista Atticae divisione in naucrarias explicandum est, quod Clisthenes, politicam divisionem quae eo tempore obtinuit attendens, phratrias in nova republica intactas reliquit. Quum enim singulae naucrariae plures continerent demos, ad harum similitudinem Clisthenem demos conjunxisse puto cum phylis, et naucrariis substituisse τοπικά. Si jam inter omnes constaret, quo vinculo antiquae phylae continerentur, qui dignitatis gradus, quae munera earum essent, phylarum descriptio investigatu facilior esset.

Solonis tempestate veterum phylarum auctoritas adeo decrevisse videtur, ut, si non in rebus privatis sublata esset, tamen antequam Solon *βούλην* ordinavit, nullius jam in civitate fuerint momenti. Id ex eo efficiatur, quod Plutarchus de conditione, qua phylae tunc essent, nihil compertum habuisse videtur: nam obiter tantum eas attingens, illud potissimum premit, quod civitas in duas partes abisset, divites et pauperes, quorum alteri imperia possidebant et opes, alteri, etiamsi in phylis essent, abjecti et aere alieno obruti erant. Solon autem, ut aliorum institutorum, quae obsoleverant, sic phylarum auctoritatem revocavit, atque oligarchiam, quae summam potestatem obtinebat, si non in praesens, quandoquidem ditioribus summos reliquit honores, tamen in posterum instituto censu fregit, quo summa potestas in antiquas phylas distribueretur. Reliqua quae ad phylas pertinent, phratrias et gentes, praetermisimus, quia de iis, quod ad plebem attinet, tum dicendum erit, quum de Clisthenis institutis exponemus.

Jam vero breviter rerum Atheniensium historiam commemorare liceat, ut demonstretur, qua conditione plebs in oligarchia usa sit.

Atticae historia post Theseum mythis quidem, sed non illustribus, involuta est. Ex his autem colligatur, resurgentem Ionum vim ac spiritum usque ad annum 752 representum esse. Sub regibus, qui Theseum sequuti sunt, quos

primus Eusebius recenset, qui satis Silviorum in Latio gentem referunt, civitatis vires paullatim immunitae esse videntur, certe tam infirmae fuerint, ut optimates facile passi sint, exterarum familias primas in republica obtainere. Unde fortasse argumentum petatur etiam Codri tempore civitatem non ita amplam fuisse ut praedicatur. Si autem attenderimus, exterarum familiarum auctoritas quam diu obtainuerit, credibile est exteros hos non ut amicos, sed potius ut victores receptos esse, etsi hujus facti memoria temporis injuria interiit; nisi Athenienses familiarum, quae ex Peloponneso in Atticam se contulissent, historiae novum induxerint colorem, sic ut Romani Porsennae memoriae quasi noctem offuderunt. Inde a Codro, qui seriem claudit regum, quorum vitam et res gestas fama ornavit, Athenarum historia usque ad Solonem similes rerum commutations refert in patriciis, quales posthac in toto populo omnibusque ordinibus apparent. Unius enim quae fuerat potestas pedetentim per omnes patriciorum gentes distribuitur, non sine vehementi, ut videtur, contentione, quam historia quidem non narrat, clarum tamen ejus vestigium in Cylonis rebus exstat. Posterior enim aetas omnes inde a Theseo reipublicae conversiones tamquam aberrationem a democracia despexit, quo factum est, ut memoria omnis illius temporis, per quod exteriae potissimum gentes regnaverunt, nullis litteris illustrata, oblivione interierit. Primo omnis potestas

penes Codridas et Alcmaeonidas fuit, quae familiae quum imperium amisissent, Ionum patricii novas vires acquisivisse videntur. Novem institutis archontibus, plebs opprimi copta est. Summa enim imperii quum ad novem archontes redisset, optimates indigenae suis commodis suaequae potentiae servientes, jus negligi siverunt, vel si eo tempore tota Attica in Atheniensium potestatem redacta est, ab ea inde tempestate in plebem saevire coeperunt.

Quo major autem patriciorum numerus ad civitatem regendam accessit, eo magis civitas reipublicae in modum informari copta est. Series civilium institutorum, quorum memoria exstat, initium habuit a judiciis.

Qua autem conditione plebs usus sit, quibusque rebus eos sit adducta, ut patriciorum libidini resistere conarentur, non liquet. Quemadmodum Romae patriciorum et plebis contentio eo spectavit, ut leges de imperio consulari scriberentur (Liv. III. 9.) atque jura omnibus aequarentur (III. 59), idem Athenis plebis seditio spectaverit. Quum vero in Attica patriciorum potestas intacta mansisset, quorsum ea seditio casura esset, non dubium erat. Primo intuitu plebi nihil a Dracone concessum esse videatur. Tamen pluribus instituendis judiciis, quibus poenae mitiores essent, optimates declaravere aliquid plebi tribendum esse, atque ab hoc inde tempore plebis historia incipit.

Ab eodem quoque tempore patricii, discidio cum plebe orto, evadere coeperunt factio, quae adversarias partes impugnaret, ne auctoritatem quasi paterna hereditate accep tam amitteret. Quare probabile est, patricios praesentem statum tuendi gratia legum severitatem auxisse.

Omnes leges, quas Draco litteris mandavit, magis spectavere curam ne praesens reipublicae status labefactaretur, quam ut suo quisque jure in civitate uteretur. Hujusmodi legum ordinatio si ex ingenio illorum temporum judicetur, aequa est dicenda: nam ab ingenio temporis abhorrebat inquirere num in rebus privatis plebi aliquid dandum esset, quo a ditiorum vexatione se tueri posset.

Draconis leges cum aliis ejusdem ferme temporis legislatoribus comparatae, demonstrant quanto intervallo inter se distarent plebs et patricii. Zaleucus enim et Charondas, in quibus laudandis antiqui multi erant, res ita ordinaveri, ut non paucae civitates leges ab ipsis conscriptas libenter suas fecerint. Quo factum est, ut in iis rebus publicis tyrannis caveretur 1). Plebs, in qua summa magistratum reverentia erat, non modo optimatum dominationem pellere non ausa, sed ipsum quoque libertatis desiderium reprimi facile passa est. Veluti enim in animantium generibus etiam ferociorum, natura sensim edomatur, sic

1) Heyne, Opuscula Academ. II. p. 62. 69. Plasz, die Tyrannis p. 114.

in hominum oppressorum posteris libertatis desiderium paullatim languescit, donec semel excitatum reviviscit et flammae instar magis magisque exardescens vix cohiberi potest. Ut autem ad animos inflammados stimulus afferat ipsa servitus, ita duces se praebent fere patricii, qui vel ob odium et invidiam vel novarum rerum studio ducti, multitudinem ad seditionem impellunt. Ex Cylonis vero historia colligatur, plebem eo tempore non libertatis desiderio commotam fuisse. Seditioni enim, quae tunc exarsit, neque interfuit plebs neque patriciis rerum novarum studiosis se adjunxit.

Thucydides 4. 426. Herodotus V. 74. Plut. in Vit. Sol. c. 42. diversam de Cylonis rebus narrationem sequuntur. Summa narrationis hoc redit. Cylon illustri loco natus victorque Olympiae renunciatus Theagenis Megarensium tyranni filiam uxorem duxerat, quo consilium oligarchiae opprimendae, ut videtur, perficeret; in qua tamen molitione non plebis ducem se praebuit. Herodotus rem ita enarrat quasi duae eo tempore in patriciis factiones essent, quarum penes alteram summa rerum esset, altera potiri regno moliretur: οἱ Ἀλκμαιωνίδαι καὶ οἱ συστασιῶται αὐτῶν, et ii quos Cylon sibi ex optimatibus adjunixerat: προσποιησάμενος δὲ (Κύλων) ἔταιρην τῶν ηλικιωτέων, καταλαβεῖν τὴν ἀρόπολιν ἐπειρήθη. (Plutarchus eos συνωμότας vocat.) Quamquam Thucydides tantum narrat Cylonem tyrannidem occupaturum

fuisse, 1) tamen, si et Herodoti verba attendimus et Soloris leges atque instituta, quae magnam partem non nova erant, sed per paucorum dominationem, ut opinor, obscurata, duas fuisse factiones credibile est. Postquam enim summa potestas ad novem archontes venit, quo penes indigenas nobiles summa imperii erat, respublica pedetentim in oligarchiam conversa esse videtur, quam Cylon cum sociis Alcmaeonidarum factioni erepturus erat. Herodoti dicta eo ducunt, ut credamus Alcmaeonidas in Cylonis factionem saevisse 2), neque Thucydidis narratio id impedit. Post Cylonem vero occisum lis inter Alcmaeonidas et indigenas optimates manifestius erupit, neque post Clisthenem, qui odio indulgens, optimatum dignitatem fregerat, quod jam prius fecerat Pisistratus, invidia illa extincta est. Periclis enim tempore inveteratum vulnus refricatum est (Thuc. 4, 126—28) quum Lacedaemonii illum propter τὸ ἀγός ejectum vellent, neque Alcibiadis, plebis fautoris ejusdemque tyranni, vita caret vestigiis, quae veteris optimatum odii memoriam revocant.

Cylon igitur minus id spectaverit, ut causam plebis amplecteretur, quam ut Alcmaeonidas eorumque socios

1) Καὶ τοὺς φίλους ἀναπείσας . . . κατέλαβε τὴν ἀκόπολιν ὡς ἐπὶ τυραννίδι τε.

2) Her. 5. 71. τούτους ἀνιστέασι μὲν οἱ πρυτάνις τῶν ναυαράρων . . . φονεύσαι δὲ αὐτοὺς αἰτίη ἔχει Ἀλκμαιωνίδας.

regno detruderet. Praesidia enim, quae aliunde arcessivit, indicant eum ab oppressa plebe nihil auxili sibi sperasse, sed id maxime molitum esse, ut, dum multi ob ludos Olympicos longe ab urbe abessent, ipse rerum potiretur, utque regnum occupatum ab invidiosis defenderet nobilium familiis, quas in exsilium exacturus erat.

Pisistratus eandem tyrannidis sibi parandae viam iniit, nisi quod, quum Cylon antiquorum optimatum factionis esset, ille primus sibi plebem promissis, (*λόγῳ*, ut ait Herodotus,) adjunxit, neque id facere non potuit, quia nulla alia ei relicta erat via, qua solus rerum potiretur, quum Lycurgus optimatum, Paraliorum Megacles essent duces.

Quamquam optimatum dissensio, Cylone imperfecto, sublata videbatur, atque vanus Alemaeonidis terror abierat, tamen prodigia divinitus immissa vehementiorem excitare seditionem valuerunt. Cylonis enim socii, spe decepti atque Alemaeonidarum odio concitati, plebis animos grassante pestilentia sollicitatos irritarunt: ostentabant, quanta Deorum ira populo imminaret, quod divina jura Alemaeonidae impune violassent. Haec dicta vulgo credita in dies magis odium in Alcmaeonidas commoverunt, eoque optimates in suum commodum usi sunt. 1) Similiter postea

1) De horum studiis Solon, in Schneidew. Del. poet. I p. 19:
*Δῆμον τὴν γεμόντων ἀδικος νόος, οἵσιν ἔτοιμον
 οὐβριος εκ μεγάλης ἄλγεα πολλὰ παθεῖν.*

Isagoras eandem, quam illi causam intersetens, plebis voluntatem in Clisthenem labefactare conatus est.

Plebis autem seditio, quae initio ad laesa Deorum jura spectabat, mox alio conversa est quo factum ut optimates spe regni occupandi depulsi nec quidquam amplius consequuti sint, quam ut invisi Alemaeonidae ejicerentur.

Seditio, quam Cylonis socii excitaverant atque alebant, non substitisse sed longius serpsisse videtur. Megarenses enim Nisaem et Salaminem, Atheniensibus ejectis, in suam redegerunt potestatem, quo factum est, ut negotatores, qui non parvis opibus valebant, lucrandi spe destituti, si non seditiosi, saltem rerum novarum studiosi evadere cooperint. Initio bellum ab ipsis Atheniensibus susceptum est, 1) non quod mercaturae damnum affer-

1) Plut. Sol. c. VIII. Ἐπεὶ δὲ μακρόν τινα καὶ δυσχερῆ πόλεμον οἱ ἐν ἀστει περὶ τῆς Σαλαμινίων νήσου Μεγαρεῦσι πολεμοῦντες ἐξέκαμον, καὶ νόμον ἔθεντο, μήτε γράψαι τινὰ μήτ’ εἰπεῖν αὐθις, ὡς χρὴ τὴν πόλιν ἀντιποιεῖσθαι τῆς Σαλαμῖνος ἢ θανάτῳ ζημιούσθαι, . . .

Ex his efficiatur reliquis Atticae incolis armorum usu interdictum fuisse idemque e Thuc. dictis 1. 126 colligatur, quae si non de solis patriciis at de iis certe intelligenda sunt, qui eo tempore jus τοῦ ἐκκλησιάζειν καὶ τοῦ δικάζειν habebant. Conf. p. 39. 1.

retur, sed propter invidiam in Dores; at re frustra tenata, tandem, fortasse quod intelligerent plebis auxilio sibi opus esse atque insulae possessionem favere mercaturaे, quam optimates aspernabantur, lege sanxerunt, ne quis novam suaderet expeditionem. Popularis igitur odii impetus, quem ipsi patricii rexerant, in solos Alcmaeonidas conversus, tantum invaluit, ut patricii, in diversas partes rapti, neque ad meliorem rerum statum ullam sibi viam patere viderent neque ad vim confugere auderent, partim quod eorum auctoritas infelici in Salaminem expeditione frangi coepta esset, partim quod pauperes ob steriles annos obaerati jam fremere inciperent. Moderatores optimatum Solonem convenerunt, qui populo metum, optimatibus dissensionem eximeret. Solon, regia stirpe oriundus idemque popularis, idoneus videbatur qui res ad pristinum statum revocaret, quippe cuius prudentia atque innocentia omnium consensu laudarentur. Hic Alcmaeonidis, ut in judicio se sisterent, persuasit: trecenti ex illustrissimis, ut videtur, patriciis ad rem cognoscendam electi sunt; quod ideo factum videtur, quia Alcmaeonidae judicibus, qui tunc fortasse ex adversae factionis patriciis erant, diffiderent et quod multi essent patricii, qui, quum reliqui tamquam pilam inter se raperent reipublicae statum, neutruius erant factionis. Omnis Alcmaeonidarum judicij historia obscura est. Quum autem longum jam temporis spatium esset, ex quo piaculi rei facti erant, defuisse ipsis videtur

strenuus dux, qui ceteris optimatibus populi odio invidaque fretis se opponeret.

Alcmaeonidis ejctis, spes plebis atque optimatum irrita evanuit. Dii enim minus placabiles fuere quam homines. Vates quum multa populo expianda frustra cecinissent, tandem Epimenides, qui civitati duriore fortuna afflictae subveniret, e Creta arcessitus est. Hic populum per plures annos calamitates expertum malis liberavit eumque *ὑπηκοόν τοῦ δικαίου καὶ μᾶλλον εὐπειθῆ πρὸς ὅμονοίαν* reddidit.

Ut postea in rebus civilibus nulla ferme in rudi plebe stabilitas nec certa voluntas inerat, sed facile huc illuc se trahendam praebebat, ita Epimenidis tempore tanta religio apud plebem fuit, ut universi, maximis calamitatibus fracti ac debilitati, simulac salus a Diis data est, communi veneratione virum prosequuti sint, qui Deos ipsis propitos reddiderat. Haec populi voluntas tam in rebus civilibus quam sacris facit, ut rectius existimare nobis liceat de temporibus ante Clisthenem quam Plutarchus aliquique faciunt, qui immerito popularis civitatis studia factionesque in tempora illa transferunt.

Pestilentiam quum Epimenides e vulgari opinione avertisset atque omnia melius temperata ad quietem redacta viderentur, mox pristinae factiones resurgere et grassari cooperunt. Ut in seditione quae Draconis tempore exarsit, ita et hic quando et quomodo factiones extiterint

nemo antiquorum retulit. Plutarchus rem ita enarrat quasi jam ante Cylonis oppugnandae arcis consilium factiones illae extiterint 1), iisque talem tribuit effigiem, quae potius in Pisistrati tempora conveniat. Si enim democratia est, quando plebs in civitate juris alicujus particeps, omnium gerendarum rerum socia et arbitra videri et esse studet, ante Solonem nullum democratiae vestigium indicari potest, imo ne Pisistrati quidem tempore antequam tertia factio ab illo evocata erat. Ne hoc quidem ex Herodoto ita manifesto appetat ut pro certo affirmari possit, plebem Pisistrati tempore jura omnibus exaequata voluisse. Herodotus enim in Clisthenis institutis enarrandis copiosior, de Pisistrati

1) Sol. c. 13. *Αἱ δὲ Ἀθῆναι τῆς Κυλωνείου πεπαν-
μένης ταραχῆς καὶ μεθεστώτων, ὥρπερ εἴρηται, τῶν
ἐναγῶν τὴν παλαιάν αὖθις στάσιν ὑπὲρ τῆς πολιτείας
ἔστασίαζον, ὅσας ἡ χώρα διαφορὰς εἶχεν, τοσαῦτα
μέρη τῆς πόλεως διαστάσης.* *Ἡν γάρ τὸ μὲν τῶν
Διακρίων γένος δημοκρατικώτατον, ὀλιγαρχικώτατον
δὲ τὸ τῶν Πεδιέων τρίτοι δοῖ Πάραλοι μέσον τινὰ
καὶ μεμιγμένον αἰρούμενοι πολιτείας τρόπον ἐμποδὼν
ῆσαν καὶ διεκώλυον τοὺς ἔτερους κρατῆσαι. Τότε δὲ
τῆς τῶν πενήτων πρός τοὺς πλουσίους ἀνωμαλίας ὥς-
περ ἀκμὴν λαβούσης ἦτε.*

promissis nihil memorat 1). Mirum profecto, si cum Plutarcho facimus, factiones, quarum altera democratiae, altera temperatae regiminis formae studuerit, a patriciis Megacle et Pisistrato in varias atque etiam diversas partes trahi se passas esse.

Ipsius Plutarchi narrationis partes male cohaerent (cf. not. 4. p. 54). Non significat, quale vinculum Solonis tempore inter divites ac pauperes et Pediaeos Paralios atque Diacrios fuerit: id strictim tantum indicatur cap. 29, ubi Diacrios pauperes ac θῆτας fuisse indicat 2), et cum Herodoto, meliora, ut opinor, docente magis concinit. Et quemadmodum Salaminem Atheniensibus creptam bis narrat,— Salaminii enim belli historiam jam prius expositam, c. 8. inferius suo loco, c. 12. interponit 3)— ita discordiam, Solonis tempore

1) Her. 1. 59. (*Πεισίστρατος*) καταφρονήσας τὴν τυραννίδα ἡγειρε τρίτην στάσιν, συλλέξας δὲ στασιώτας καὶ τῷ λόγῳ τῶν ὑπερακρίων προστάζ.

2) Οἱ δὲ ἐν ἀστει πάντες ἐστασίαζον ἀποδημοῦντες τοῦ Σόλωνος, καὶ προειστήκει τῷ μὲν Πεδιέων Λυκοῦργος, τῷ δὲ Παράλων Μέγακλῆς ὁ Ἀλκμαίωνος, Πεισίστρατος δὲ τῷ Διακρίων, ἐν οἷς ἦν δὲ θητεικὸς ὅχλος καὶ μάλιστα τοῖς πλουσίοις ἀγθόμενος. Ad ista oī ἐν ἀστει cf. init. cap. 8.

3) Ne in cap. 12. illud αὐθις offendat cf. cap. 13 sub init, ubi factiones recenset.

concitatam c. 45. cum factionibus, quae Pisistrati tempestate commemorantur, confundit; thetibus enim, qui pro sua conditione nihil amplius postulare poterant quam juris tantum, quantum ad ditiorum vim repellendam satis esset, tales imputat molitiones, quales agitare demum coeperunt post ejectos tyrannos, quum Clisthenes plebem promissis sibi adjunxisset. Jure ex Herodoto efficitur plebem, qualem se erga Clisthenem praebuit, talem nusquam antea se gessisse. Pisistratus ab exsilio tandem redux, sine plebis auxilio, quae per undecim annos optimatum dominationem tulit, rerum potitus erat, ut ait Herod. 1. 64. πειθόμενων δὲ τῶν Ἀθηναίων κτέ. Nusquam eo tempore popularis voluntatis sit aliqua significatio, plebs ubique mitem, facilem 1) et religiosam 2) se praebet. Clisthene vero a Cleomene ejecto (v. 72), eadem fortiter se gerit atque ab optimatum dominatione immunem se ostendit, ipsa liberatorem revocat (v. 75).

1) Her. 1. 59. Ο δέ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἔξαπατηθεὶς, ἔδωκέ οἱ (Πεισίστρατῳ) τῶν ἀστῶν καταλέξας ἄνδρας τούτους, οἱ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο . . . κορυνηφόροι δέ.

2) Her. 1. 60. αὐτίκα δέ ἐστι τε τοὺς δῆμονς φάτις ἀπίκετο, ως Ἀθηναῖη Πεισίστρατον κατάγει· καὶ οἱ ἐν τῷ ἀστεῖ πειθόμενοι τὴν γυναικαν εἶναι αὐτὴν τὴν θεόν, . . . ἐδέκοντο τὸν Πεισίστρατον.

Rectius de factionibus exposuit Herodotus 4. 59. (cf. p. 55, not. 1.) Diogenes Laert. 1. 58, rem sic enarrat, quasi factio*n* illae tempore Solonis extiterint; quod si verum esset, miretur quis, qui factum sit ut eo tempore nusquam appareant.

Alcmaeonidis igitur ejctis lustrataque urbe, civitatis conditio non modo non eadem mansit, sed praecip*s* civitas in perniciem ruere minabatur. Omnis plebs obaerata erat: alii agros pro ditionibus colebant, alii mercede conducti operam locabant, reliqui pro pecunia in servitute suas operas debebant; multi peregre abducti sunt, alii aut liberos vendere cogebantur aut ultro propter creditorum acerbitatem fugiebant; denique violentia eo processit, ut civitas non posset non dissolvi; at tamen res aliter cecidit, quum ipsa rerum publicarum natura, ut solet, vincat rationem, quae in ipsarum primordiis quidem obscura est, sed ubique dignosci potest in iis, quae multis progressionibus usae sunt.

Quamquam miserae hujus conditionis causa a nullo scriptore prodita est, tamen morbi tabes fractique civium animi hanc facile habuerint vim, ut *Ἐπτημορία* ne sextam quidem messis partem solvere potuerint, ceteri, qui operam locarent, facile ad egestatem adacti sint; quam occasionem deinde optimates avide arripuerint, ut magis magisque in plebem saevirent, quo magis surgentis seditionis impetum compescerent.

Solon civitati in perniciem vergenti subvenit et reipu-

blicae ad pristinum statum revocandae munus suscepit.
Ut afflictam civitatem excitaret, conciliare studebat discordias, quarum causas perspectas habebat 1). Hoc conciliandi

- 1) Solon in Schneidew. Del. poet. Eleg. p. 33.

δῆμους τὸν γεμόνων ἀδικος νόος, οἵσιν ἔτοῖμον
νίβριος ἐκ μεγάλης ἀλγεα πολλὰ παθεῖν·
οὐ γάρ ἐπίστανται πατέχειν κόρον οὐδὲ παρούσας
εὐφροσύνας κοσμεῖν δαιτὸς ἐν ησυχίῃ·
· · · · ·
πλουτεῦσιν δ' ἀδίκοις ἔργμασι πειθόμενοι
· · · · ·
οὐθ' ἴερῶν πτεάρων οὔτε τι δημοσίων
φειδόμενοι πλέπτουσιν ἐφ' ἀρπαγῇ ἀλλοθεν ἀλλος,
οὐδὲ φυλάσσονται σεμνὰ δίκης θέμεθλα,
ηγιγνώσα σύνοιδε τὰ γιγνόμενα πρό τ' ἔοντα·
τῷ δὲ χρόνῳ πάντως ἥλθε ἀποτισομένη.
τοῦτ' ἥδη πάσῃ πόλει ἔρχεται Ἑλκος ἀφυκτον·
εἰς δὲ πανήη ταχέως ἥλυθε δουλοσύνην,
ηγιγνώσα σύμφυλον πόλεμόν θεύδοντ' ἐπεγείρει,
ος πολλῶν ἐρατήν ὄλεσεν ηγιακίην·
ἐκ γάρ δυσμενέων ταχέως πολυηρατον ἀστυ
τρύχεται ἐν συνόδοις τοῖς ἀδικοῦσι φίλους.
ταῦτα μὲν ἐν δῆμῳ στρέφεται πακά τῶνδε πενιχρῶν
ἰκνεῦνται πολλοὶ γαῖαν ἐξ ἀλλοδαπήν
πραθέντες δεσμοῖσι τὸν ἀεικελίοισι δεθέντες.

studium principium est, unde et primi Solonis instituti ratio et omnium ejus legum indoles explicetur.

Tanta autem prudentiae ejus atque innocentiae apud omnes existimatio erat, ut multi eum hortarentur, ut solus archon creatus summa rerum potiretur, et tamquam quietae civitatis custos omnia suo arbitrio regeret factionesque cohiberet. Quantum vero difficultatis ea res esset habitura perspiciens, dixit, καλὸν μὲν εἶναι τὴν τυραννίδα χωρίον, οὐκ ἔχειν δέ απόβασιν.

Tantum porro studium conservandae communis salutis atque tranquillitatis in eo erat, ut de tyrannide a se repudiata ad Phocon scribens praeclara haec caneret:

Ἐτ δὲ γῆς ἐφεισάμην
πατρίδος, τυραννίδος τε καὶ βίης ἀμειλίχου
οὐ καθηψάμην, μιάνας καὶ καταισχύνας οἰκέος,
οὐδέν αἰδοῦμαι πλέον γὰρ ὡδε τικήσειν δοκέω
πάντας ἀνθρώπους.

Quibus versibus si hoc fragmentum:

ἢ μεν ἄελπτα σὺν θεοῖσιν ἥνυσ' ἄλλα δ' οὐ μάτην
ἔρδον. 1)

item ea, quae de Salamine recuperanda cecinit, addiderimus, Solonis ingenii quasi expressam habebimus effigiem.

Primum igitur consilium, quod Solon iniit, eo spec-

I) Apud Schneid. l.l. p. 32 et 33.

Pro οὐ μάτην haud scio an potius legendum sit αὐτὸν μάτην.

tavit, ut, praesentibus rerum angustiis sublatis, rempublicam erigeret. Metuens ne alia corrigenſ alia immutans civitatem concuteret et labefactaret (Plut. c. 46) ad *Σεισαχθείαν* confugit¹⁾, cujus haec potissimum vis fuit, ut plebs ab optimatum dominatione ac vi in libertatem vindicaretur. 2) Quum Solon plebi tantum tribuisset, quantum ejus incolumentati tuendae satis videretur, ipsa paullatim viribus increscens evasit tanquam hostilis exercitus, qui, variis deinceps ducibus usus, optimatibus se opposuit et tandem victor exstitit. Contentio, quae primo fuerat de eo, quo quisque jure in civitate viveret, mox novam iniit viam: quum enim jus omnibus exaequatum esset, jam eo spectavit, quinam jura constituerent; quod Athenis idem erat atque quinam rempublicam administrarent. Quum primo libertatis recens a Solone impertitae vis plebem lateret, neque imperita

1) Quamquam Plut. c. 15 multa et varia interponit inter verba: οὐκ ἐπῆγαγεν ἵαρηέαν οὐδὲ καινοτομίαν et τοῦτο γὰρ ἐποιήσατο πρῶτον πολίτευμα γράμμας τὰ μὲν ὑπάρχοντα τῶν χρεῶν ανεῖσθαι, tamen rerum series talis esse videtur qualem in textu enarravi.

2) In libertatem vindicare non ita intellectum volo, ut Solon vitae communis vincula et veterem usum, qui ditiores inter atque pauperes intercederet, revelleret, quo quasi uno ictu omnis clientela, ut ita dicam, tolleretur, sed libertatem Solonis tempore dico liberum esse a vi magistratum et ditiorum.

multitudo suae sibi potestatis conscientia esset, sed ex tam longa ac dura servitute auctoritatem optimatum susiceret, longum temporis spatium opus fuit, quo tyrannis patriciorum dignitatem quasi a coelo detraheret. Multitudinem illius libertatis participem Clisthenes, tyrannidis vestigia secutus, in *ισοτιμίας* spem adduxit, quam plebs bellis Persicis feliciter gestis assequuta est.

Per σεισαχθείαν Solon plebi tumultuanti pauperioribusque civibus subvenire instituit. Haec vero ad tempus tantum afflictam civitatem sustentare potuit. Nisi enim in tanta hominum multitudine opificia et agricultura, quae per recentes controversias neglecta erant, florerent, aut omnia sensim ad pristinam conditionem praecipi cursu relabi aut novas plebis seditiones existere necesse erat; tabulae enim novae magis ad libertatem 1) quam ad salutem promovendam spectabant. Instituta, quae Solon et Pisistratus postea condidere, demonstrant utriusque perspectum fuisse quemadmodum plebi subveniendum esset.

De σεισαχθείας ambitu ipsi antiqui dissentunt. Plutar-chus (p. 544—547), rem strictim et obscure enarrat. Primum autem thetes, qui ditioribus obnoxii erant, in

1) Plut. c. 15. *Τοῦτο γὰρ ἐποιήσατο πρῶτον πολίτευμα γράψας τὰ μὲν ὑπάρχοντα τῶν χρεῶν ἀνεῖσθαι, πρὸς δὲ τὸ λοιπόν ἐπὶ τοῖς σώμασι μηδένα δανείζειν.*

libertatem vindicati sunt, statuto ne ob aes alienum debitores vel ipsi vel liberi eorum necti neque vendi possent neve corpora oppignorarent. Tamen omnes ad pristinum statum rediere, neque conditio eorum melior facta est, nisi quod, sicut antea, operam locarent vel ex opificiis victum quaererent.

Neque vero mirum si plebs altiora spectaverit 1). Multitudo enim omnia ad praesentem utilitatem atque voluptatem metiens beneficii non ita diu memor fuerit. Libertati nullum laboris incitamentum est additum, atque munus Areopago mandatum inquirendi, unde unusquisque victimum quaereret, declarat in magna jam plebis parte segnitiem inveterasse.

Neque Solonis leges, quae parum, ut par erat, ad languentes populi animos excitandos accommodatae erant, effecerunt, ut studium atque operam in agricultura opificiisque ponerent. Pisistrati vero, ut tyranni, imperium efficacius fuit, qui et multa opera aedificari et coloniam deduci et multos ad agros colendos rus abire jussit 2).

1) Plut. c. 16. *Ἡρεσε δ' οὐδετέροις, καὶ μᾶλλον ἔτι τοὺς πένητας, διτι γῆς ἀναδασμὸν οὐκ ἐποίησεν ἐκπίσασιν αὐτοῖς,*

2) Diog. Laert. l. 47. de colonia deducenda narrat, ἐπεισε (ό Σόλων) αὐτοὺς καὶ τὴν ἐν Θράκῃ Χερῷονησον προσκυτήσαθαι.

De fundis autem oppignoratis et de pactis non ita constat, ut omnes in eo consentiant. Utrum enim Solon per σεισαχθέαν omnes ὁρους et omnia pacta an partem tantum sustulerit, dubitatur. Duo fuerint debitorum genera necesse est, quorum pars alias ob causas quam ob gravem annonam fundos oppignoraverit. Non est enim ut statuamus, nullos agros oppignoratos nullaque pacta fuisse ante quam illae angustiae et difficultates imminerent civitati. Plures enim cives, sive ipsi agros ararent sive aliis colendos permitterent, ob steriles annos neque pactam frugum partem accipientes neque e nexis ullum capientes fructum nisi pretium quo eos peregre venderent, agros oppignorare coacti erant. His aliud genus debitorum adjungendum est, qui praeter corpora nihil oppignorandum habebant.

De fundis oppignoratis e Solonis versibus 4) nihil certi effici potest. Fragmenti initium non indicat, utrum de

1) Apud Schneidew. 1.1 p. 34 :

*Συμμαρτυροίη ταῦτ' ἀν ἐν δίκῃ Κρόνου
μήτηρ, μεγίστη δαιμόνων Ὁλυμπίων,
ἀριστα, Γῆ μέλαινα, τῇς ἔγώ ποτε
ὅρους ἀνεῖλον πολλαχῆ πεπηγότας,
πρόσθεν δὲ δουλεύοντα, νῦν ἐλευθέρα.
Πολλοὺς δ' Ἀθήνας πατρίδ' εἰς θεόκτιτον
ἀνήγαγον πραθέντας, ἄλλον ἐνδίκως
ἄλλον δικαίως κτέ.*

omnibus agris loquatur an de fundis pauperiorum 1). Illa enim verba: *Συμμαρτυροίη ταῦτ' ἀν εν δίκῃ Κρόνου μήτηρ*, quorum spectent, non liquet. Obscurum utrum ad sequentia pertineant an ad versus sub initium omissos, in quibus declaratum esset, quid praeter ea quae in his versibus recensentur, in gratiam pauperum fecerit, cuius rei Terra mater testis excitatur. Verba vs. 4 et 5 ita quidem explicari possunt, ut statuatur Solonem omnes sustulisse ὄρους, et Plutarchus, reliquis missis, citat hos versus, quibus suam sententiam, *τῶν συμβολαιῶν ἀναίρεσιν γενέσθαι τὴν σεισαχθείαν*, tueatur; attamen ipsa carminis verba non ita, opinor, accipienda sunt, quasi omnem omnino aeris alieni abolitionem significant. Denique ut versus nunc leguntur, non demonstrant quo sensu vss. 4 et 5 sint explicandi. Quodsi vero dicta de omnibus tabulis ac pactis sublatis intelligenda essent, Solon merito plures offendisset, neque res tam cito in oblivionem abisset 2). Ii enim qui ante praesentem

1) Boeckh. Staatsh. d. Ath. p. 181, vss. laud. 4. lectionem *πανταγῆ*, quam Stephanus de suo edidit, sequutus esse videtur.

2) Boeckh. I. I. I. p. 176. „Selbst die Solonische Gesetzgebung, durch welche das Privatrecht in Athen genauer bestimmt wurde, verminderte, so wohlthätig und gerecht sie war, dennoch die Sicherheit der Gläubiger, indem sie das Pfandrecht an den Leib des Schuldners aufhob, und durch die Seisachtheia überhaupt

trepidationem atque justis de causis alienos agros oppignoratos tenebant, injuria et sortes et usuras amisissent.

Exemplum, quod Plutarchus p. 546 affert ad probandum, non solum pauperiorum sed etiam ditiorum aes alienum remissum esse, fabulam olet; 1) ipse in prima narratione indicat rem magis fama quam idonea auctoritate niti. 2) Quae Laertius vit. Sol. 1, de septem talentis Soloni e patrimonia jure debitibus narrat, satis a Plutarchi dictis discrepant. Ceterum omnia de *σεισαχθείᾳ* excutere neque mihi propositum est, neque ad quaestionem de plebe pertinet.

Per *σεισαχθείαν* igitur (cf. p. 60) diversae civitatis partes a se invicem solatae ac liberae factae sunt. Hoc enim in Solonis institutis memorabile est, eum non magis quae-sivisse vinculum quo omnes inter se continerentur, quam

„zeigte, wie wenig Achtung der Staat vor dem Eigenthume habe, „mag nun durch dieselbe bloss der Munzfuss verringert, oder „zugleich die Höhe der Zinsen ermässigt, oder gar für gewisse „Fälle wenigstens eine vollständige Vernichtung der Schuldforde- „rungen herbeigeführt worden sein.“ Cf. tamen Grote II. 1. 78. seqq.

1) Boeckh. I. p. 630. „Hipponikos . . . der . . viel Land mit „geliehenem Gelde gekauft haben soll, wenn nicht etwa der Neid „seiner Landsleute dieses erfand, um ihm eine unrechtlche Erwer- „bung seines Reichthums aufzubürden.“

2) *Πρᾶγμα δ' αὐτῷ (Σόλωνι) συμπεσεῖν λέγεται.*

clypeos, quibus factiones altera alterius impetum pro-
pulsarent. 1)

1) Schneidew. Del. poet. fragm. 5. 3. 4.

Ἐστην δ' ἀμφιβαλῶν κρατερὸν σάκος ἀμφοτέροισι
νικᾶν δ' οὐκ εἴαστ' οὐδετέρους ἀδίκως.

Ὦδ' ἀν δῆμος ἄριστα σὺν ἡγεμόνεσσιν ἐποιτο
μήτε λίην ἀνεθεὶς μήτε πιεζόμενος.

DE INSTITUTIS QUAE ANTE SOLONEM VIGUERUNT.

Regia potestate sublata, patricii artius conjuncti anti-
quum rerum statum non modo integrum sed etiam
firmorem semper posteris tradidere; plebs vero aliunde
non aucta, unde novas spes soveret vel altiora spec-
taret, non habuit; quo factum ut rei publicae con-
ditio tranquilla et stabilis esset. Antiquissimis enim
temporibus res publica tam apud Romanos quam apud
Graecos stabilis manebat eo quod rerum sacrarum et
civilium conjunctio seditiones contentionesque arcebat.
Multa enim populo procuranda, multi ritus observandi
erant, de quibus consulendi essent sacerdotes, qui antiquis-
simis temporibus patricii erant 1) Haec stabilis civitatis ratio

1) Orat. pro Dom. I. »Quum multa divinitus Pontifices, a majoribus
nostris inventa atque instituta sunt, tum nihil praeclarius, quam

quum ab optimatibus omnibus viribus defendetur, necesse erat hi sedulo arcerent a bello et mercatura: ut quibus animi plebis atque opes augerentur. Quod ne fieret curaverint Atheniensium optimates, quum eadem res in aliis jam rebus publicis Solonis ferme tempore et antea seditiones excitassent et demagogos, qui, plebe de libertatis spe dejecta, ipsi rerum essent potiti 1).

Postquam autem summa rerum ad novem archontes rediit, potestas, quae antea penes unum fuerat, in plures quidem distributa est, at non ita ut singuli pro se quisque sua negotia administrantes neque communi consilio quidquam agerent (Thuc. I. 426) neque congregarentur. 2) Si enim archontes non in collegium conjuncti fuissent ante quam Solon hoc instituit, necessaria fuissest alia potestas cui parerent; tamen desunt antiquorum testimonia, ex quibus jure efficiatur, archontum potestatem alia auctori-

quod eosdem et religionibus Deorum immortalium et summae reipublicae praeesse voluerunt, ut amplissimi et clarissimi cives rem publicam bene gerendo, religiones sapienter interpretando, conservarent. Cf. Cic. de Rep. II. 34.

1) Conf. Plasz. I. I. II. p. 265. et loc. qui ibi citantur.

2) Diog. Laert. I. 58. in omnium rerum farragine quidem narrat: *καὶ πρῶτος (Σόλων) τὴν συναγωγὴν τῶν ἐννέα ἀρχόντων ἐποίησεν εἰς τὸ συνειπεῖν, sed potius legendum est συνδειπνεῖν.*

tate fuisse circumscriptam, nisi fortasse comitiis, quae tamen neque Draconis neque Solonis tempore memorantur, neque statis temporibus convocata esse videntur. Quare, quum potestas archontum nulla ferme alia esset circumscripta, facile oligarchica evaserit.

Simulatque Draco leges suas scripsit, statim ratae fuerunt; nullius memoratur auctoritas, neque Areopagi neque comitiorum, quae eas sanxerit. Comitiorum in Atheniensium historia prima significatio apud Thucydidem est.¹⁾ Quum vero Herodotus a naucratorum prytanibus arcem obsessam fuisse narret, Thucydides ab archontibus, dubitari potest fueritne archontum an prytanum potestas limitata.

Praeter supremam reipublicae moderationem, Archontes jus in rebus privatis dicebant²⁾ et nonnulla sacra procurabant.

1) Thuc. 1. 126 Χρόνου δὲ ἐπιγιγνομένου οἱ Ἀθηναῖοι τρυχόμενοι τῇ προεδρείᾳ ἀπῆλθον οἱ πολλοί, ἐπιτρέψαντες τοῖς ἐννέα ἀρχονσι τὴν φυλακήν καὶ τὸ πᾶν αὐτοκάτοος διαθεῖναι ἢ δὲν ἀριστα διαγιγνωσκωσι· τότε δὲ τὰ πολλὰ τῶν πολιτικῶν οἱ ἐννέα ἀρχοντες ἐπρασσον.

Schöm. in introitu d. Att. Proc. p. 14.

2) Quamquam testimonia, quibus nitamur, desunt, atque dicta Suidae αὐτοτελεῖς τὰς δίκας ἐποίουν non magis archontum jurisdictionem definiunt, quam Dion. Hal. II. 73.

Draco potestatem eorum intactam reliquit, neque a Solone jurisdictio eorum imminuta esse videtur. At enim omnis quaestio huc redit, num Solon judicia (*τὰ δικαστήρια*) instituerit, de quibus infra dicendum est. Archontes igitur reipublicae praeerant; munere functi rationes reddebat comitiis; iidem in judiciis privatis *κύριοι ἡσαν ὥστε τὰς δίκας αὐτοτελεῖς ποιεῖσθαι.* 1)

τὰς ἑράς δίκας pontificum Romanorum, tamen ideo jus privatum ad archontes antiquitus pertinuisse credo, quod optimatum auctoritas maxime in jure de privatis dicendo posita erat; quo magis enim jus negligitur eo minus optimatum potestas certis formulis circumscripta manet. Quod si verum est, ne miretur quis, legum ordinationem ubique a judiciis capitalibus incepisse. Ad Archontem Regem pertinebant quidem parricidia, sed, quemadmodum id explicandum sit, docuit Meijer Att. Proc. p. 49.

„Alle Klagen über Mord, Todtslag, Bouleusis, Verwundung in böser Absicht und Vergiftung, sobald nicht Apagoge oder Endeixis angewandt wurde: man behandelte nämlich alle diese Klage mehr von dem religiösen Standpunkte der Blutschuld, als von dem Politischen Gesichtspunkte aus.“

1) (Quomodo haec inter se concinant infra in loco de judiciis dicetur.) *Τὸ εὐθύνειν* jam ante Solonem penes comitia fuisse, credibile est. Aristoteles enim Pol. II. 9. nova instituta non affert: *Ἐπεὶ Σόλων γε ἔστι τὴν ἀναγκαιοτάτην ἀποδίδον αἱ τῷ δῆμῳ δύναμιν, τὸ τὰς ἀρχὰς αἰρεῖσθαι καὶ εὐθύνειν.*

Utrumque si non ad comitia posterioris temporis sensu,

Cum archontibus conjungendus est Areopagus , de cuius auctoritate et nomine nihil compertum habemus , excepto fortasse judiciali munere . Num archontes et Areopagus vinculo aliquo jungerentur , plane latet . Perhibetur Areopagus originem duxisse a senatu , qui quondam regi consilio adesset atque jubente rege jus diceret . Quum vero regia potestas institutione archontum tot vicissitudines experta sit , mirum profecto esset , si senatus ille , de quo nihil cognovimus , immunis ab istis mutationibus fuisset . Plutarchus , qui si non leges integras (Conf. c. 49 sub fin.) certe carmina Solonis habuit , nescit quo se vertat , quum de Areopago exponit ; neque in legibus neque in carminibus quidquam invenisse videtur , quo Areopagus jure ad Solonem referendus esset : citat enim alios scrip-

certe ad concessionem aliquam pertinuit ; quod verisimilius est quam ut credam Arcopagum ante Solonem munus τοῦ εὐθύνειν habuisse .

Neque rursus unicum illud Pausaniae V. 4. testimonium , in quo , ut insipienti palam est , antiquis nova miscentur , tantum valet , ut archontes antiquissimis temporibus patriciis ὑπευθύνοντες fuisse credam , quoniam illi ejusdem semper stirpis per trecentos circiter annos regnum per manus integrum tradebant . Cur tandem εὐθύνη opus fuisset , quae ejus civitatis est , in quā potestas in multos distributa requirit ut aequabilis atque integra servetur .

tores, qui Solonem Areopagi auctorem fuisse testati sunt. Quum vero ipsa Solonis lex, in qua Areopagus memoratur, obstare videretur quominus Solon ejus auctor haberetur, ad aliam rei expedienda rationem recurrit. Praeter legem vero nihil quidquam compertum habuit, ex quo efficere posset Areopagum ante Solonem fuisse. 1) Aristoteles Pol. II, 9. significat se de iis institutis, quorum Solon auctor ferretur, nihil pro certo affirmare posse: dubitanter dicit ante Solonem fuisse Senatum et democratiae laudatores refellens, persuasum sibi habet, si Solon revera judicia instituerit ideoque democratiae consuluerit, id casu, non ratione factum esse. 2)

Schömannus l. l. p. 48. de Areopagi origine disputans cum Hüllmanno, Staatsrecht des Alterthums p. 177, affirmat Areopagum initio fuisse senatum; ad quod

1) Plut. Sol. c. 19.

2) Φαίνεται δ'οὐ κατὰ τὴν Σόλωνος γενέσθαι τοῦτο προαίρεσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ συμπτώματος.

Schöm. Att. Proc. p. 17 de Areopago contraria affirmat: „Aristoteles aber wusste sehr wohl, dass der Rath der Areopagiten älter als Solon sei; aber er wusste auch, dasz er etwas ganz anderes, als ein blosser Blutgerichtshof gewesen und dass daher immerhin der Blutbann ausschlieslich den Epheten übertragen sein konnte, ohne dass dadurch jener etwas von seiner wahren Wesen und seiner hohen Würde verlor.“

probandum auctorem citat Aristotelem l. l., qui de Areopago tanquam de senatu loquatur. Atqui Aristoteles, quum de Areopago tamquam βουλῆ loquitur, in eo sui temporis loquendi morem sequitur. De Areopagi muneribus non agit, sed id tantum refellit, Solonem priscam ei indolem ademisse.¹⁾ Sententiarum nexus insipienti manifestum erit, Aristotelem de Areopago ante Solonem loquentem tantum illud nescio cuius auctoris democratiam laudantis dictum respexisse: *Εἶναι γὰρ τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν οἰκιαρχικόν*, ceterum neque judicia neque senatus munera, sed judicium ordinem et dignitatem attendisse.

Porro Aristoteles tradit ut rem indubitatum: *Καὶ τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν Ἐφιάλτης ἐκόλουσε καὶ Περικλῆς*. Nemo vero antiquorum accurate indicavit, quid proprie Areopago ademtum sit. Si verba Plutarchi Sol. c. 49. τὴν δ' ἄνω βουλὴν ἐπίσκοπον πάντων καὶ φυλακαὶ τῶν νόμων ἐπάθισεν, componimus cum psephismate apud. Andocidem de Myst.: *Ἐπειδὸν δὲ τεθῶσιν οἱ νόμοι, ἐπιμελεῖσθω ἡ βουλὴ η ἐξ Ἀρείου*

1) Arist. Pol. l. l. *"Εοικε δέ Σόλων ἐκεῖνα μὲν ὑπάρχοντα πρότερον οὐ καταλύσαι; καταλ. ei idem est quod κολονίειν i. e. partem alicui adimere aliique tribuere. Sic Plut. in vita Cim. c. 10. καταλύειν τὴν ἐξ Ἀρείου Πάγου βουλὴν, quorum verborum sensus cap. 15. v. l. explicatur.*

πάγου τῶν νόμων, ὅπως ἀν αἱ ἀρχαὶ τοῖς κειμένοις νόμοις χρῶνται, utrumque munus, quod Plutarchus Areopago tribuit, ab Ephialte ei ademtum esse videtur, et posterius sub Clisthene archonte tantum τὸ φύλακα εἶναι τῶν νόμων ei redditum; quid vero τὸ πάντων εἶναι ἐπίσκοπον fuerit, omnes latuisse videtur. 1) Quidquid fuit, posterioris aevi auctores fabulas sequuti judiciale potissimum Areopagi munus, quod ipsorum memoria maxime vigebat, respexerunt.

Demosthenes in Aristocr. p. 641. priscas fabulas sequens ac δίκας tantum φονικὰς respiciens, dicit: ἐν δ' οὐν ἴδιαιτατον πάντων καὶ σεμνότατον τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικαστηριον — ἐν μόνῳ τούτῳ τῷ δικαστηρίῳ θεοὶ δίκας καὶ δοῦναι καὶ λαβεῖν ἡξίωσαν, . ὡς λόγος λαβεῖν μὲν Ποσειδῶν ὑπὲρ Ἀλλιόθίου τοῦ νιοῦ παρὰ Ἀρεως, δικάσαι δὲ Εὐμενίσι καὶ Ὁρέστῃ οἱ δώδεκα θεοί.

Quum igitur optimi quique scriptores, uti Demosthenes et praesertim Isocrates, religiose traditiones et poetarum fabulas sequantur, neque ipsi de earum fide inquirant, sed potius antiqua gloria delectati, institutorum vetustatem extollant, quo magis ea aequalium venerationi commendentur, dictu difficile est, quae Areopagi munia ante Solonem fuerint.

1) Areopagus videtur etiam habuisse aliquam aerarii curam, idque fortasse ei a Pericle etiam ademtum.

Areopagum ante Solonem senatum fuisse conjectura nititur, neque de ipso nomine constat, nisi, ad legem Solonis apud Plutarchum provocantes, ponamus omnia judicia, quae in ea memorantur, jam ante Solonem fuisse. 1) Quod tamen, si lex ista post institutum senatum Areopagitrum conscripta est, non verisimile est. Si autem legem, quae apud Demosthenem est, 2) attendimus ejusdemque dicta, quae p. 656 leguntur: *Ο μὲν νόμος ἐστὶν οὗτος Δράκοντος, ὁ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ ὅσοις ἐν τῷ ν φονικῷ νόμῳ παρεγγόρωμην,* ex his colligatur, quia Demosthenes nullum τῶν φονικῶν νόμων, quos describi jussérat, excipit, cunctos ad Draconem refert, (Cf. or. laud.) Solonem primum Areopago tribuisse munera, quae antea ad Ephetas pertinissent. 5)

1) Plut. v. l. c. I9. *ἀτίμων ὅσοι ἀτιμοι ἡσαν, πρὸν ἦ σόλωνα ἀρξατι, ἐπιτίμους εἶναι πλὴν ὅσοι ἐξ Ἀρείου πάγου ἢ ὅσοι ἐκ τῶν ἐφετῶν ἢ ἐν πρυτανείου παταδικασθέντες ὑπὸ τῶν βασιλέων ἐπὶ φόνῳ ἢ σφαγαῖσιν ἢ ἐπὶ τυραννίδι ἔφυγον, ὅτε θεσμὸς ἐφάνη ὁδε.*

2) Dem. in Arist. p. 627. *Δικάζειν δὲ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ φόνου καὶ τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ πυρκαϊᾶς, καὶ φαρμάκων, ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς.*

3) Ita Schom. Att. Proc. p. 18. statuit, quo vero testimonio nitatur, non indicat. Schelling de Solonis legibus p. 19. de lege,

Si igitur Demosthenes omnes leges, quae ad homicidia spectant, ad Draconem tamquam auctorem refert, ista lex (Dem. p. 627.), δικάζειν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κτέ, a Dracone non conscripta est, quia Plutarchus Sol. c. 19. affirmat nullam Areopagitarum mentionem esse in legibus Draconis.¹⁾ Restat ut ponamus, Solonem nova Areopago judicia non tribuisse; quum enim Areopagitarum nomen nondum esset

apud Dem. in Arist. p. 627. disputans dicit »Quae lex, quum Draconis esse nequeat, Solonis non potest non esse.« Quae disputatio et per se falsa est et lege, (Dem. 636) citata refellitur, neque Schellingii judicium esse potest, ut qui frustra contra Meyerum efficere conatus sit l. l. p. 8. seqq. oratores Solonis nomine non abusos esse. Quod si ita esset, non video cur Demostheni legem Draconis esse affirmanti fidem non habeat.

1) Pollux. (VIII. 125), qui nullum nominis Areopagi vestigium ante Solonem invenerit atque cognovit δίκας φονικάς ad Areopagum post Solonem pertinuisse rem ita explicat: ἐδίκαζον δὲ (Ἐφέται) τοῖς ἐφ' αἷματι διωκομένοις ἐν τοῖς πέντε δικαστηρίοις. Σόλων δ' αὐτοῖς προκατέστησε (?) τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλήν, κατὰ μικρὸν δὲ κατεγέλλεσθη τὸ τῶν ἐφετῶν δικαστήριον. Ex sententiarum serie non dubium, quin Pollux significaverit Solonem tanta auctoritate et dignitate ornasse antiquum illud judicium, ut brevi ephetae Iudibrio haberentur. Exinde vero non sequitur, Areopagum novum fuisse judicium, neque testis citari potest, qui illud Pollucis testimonium κατὰ μικρὸν κτέ confirmet.

atque ipsi inter quinque judiciorum judices haberentur, qui ἐδίκαζον τοῖς ἐφ' αἴματι διωκομένοις, verisimile est, Solonem quaestiones, quas Dracon antiquo judicio, quod ante quatuor illa nova fuit, reliquisset, addito novo nomine βουλῆς novisque muneribus, eidem permisisse, idque antiqua lege servata, (Dem. p. 627) in quam novum nomen receptum est, sanxisse. Ita Demosthenis dictum, legem hanc esse Draconis, recte se habet, et Plutarchus vere scripsit: πρῶτον μὲν οὖν τὸν Δράκοντος νόμους ἀνεῖλε πλὴν τῶν φονικῶν ἀπαντας. Solon enim in antiquam legem praeter nomen nihil novi induxit.

Idem valet de lege, quam citavi e vita Solonis. Areopagus enim ibi ab Ephetis secernitur, non quod ante Solonem ab Ephetis diversi essent Areopagitae, sed quod auctore Solone, illi judicio praeter antiquas δίκας φονικὰς nova munera concessa sunt, neque Ephetae post Solonem jam in Areopago judices sederunt, sed Archontes; denique βουλῆς nomen ei inditum est, quod summae reipublicae prospiceret sicut senatus quadringentorum comitiis.

Areopagus, me judice, ante Solonem tantum fuit judicium. Neque assentior Schömanno Att. Proc. p. 42. 43, statuenti sub primis post Codrum archontibus penes Areopagum jus τοῦ εὐθυνεῖν fuisse, eo quod Euclide archonte populi scito Areopago redditum est ut curaret, ne magistratus leges negligerent. Hoc enim munus non altius potest repeti quam a Solonis tempore.

De Areopagi antiquitate, — Areopagum appello, quoniam de antiquiore appellatione nil constat — non habeo quod dicam. Marmor Parium eum ad Cranai tempora (ann. 1278) refert. Si Meyer, cuius disquisitionem inspicere mihi non licuit, in Ephem. Rhein. Mus. II. 2. p. 267. probaverit, Areopagum jam dudum ante Solonem *ἐν δίκαιος φονικαῖς* jus dixisse, dubitare tamen licebit num nomen Solone antiquius sit.

Ut Areopagus, sic Ephetae a Pausania et Harpocratione diu ante Draconem instituti esse affirmantur, quod quodammodo defendi possit. Pollux VIII. 424, Draconem eos instituisse dicit numero LI 1), quorum esset τοῖς ἐφ' αἴματι διωκομένοις ἐν τοῖς πέντε δικαστηρίοις δικάζειν.

1) In numero et dubitatio et obscuritas est, atque hic ad Clisthenis ordinationem inventus esse videtur, Wachsm. Hell. Alterth. I. p. 435, principio 80 ephetas fuisse contendit, provocans ad Schol. Dem. apud Reiske p. 98. *Ἐφέται, ἀνδρες ὑπὸ τὰ πεντήκοντα ἔτη γεγονότες, ἀνδρες ὄγδοι· κοντα, quae verba ab una eademque manu non profecta esse videntur. Cf. Herm. Staats Alt. 103. 12; tamen emendatio περιόντες pro πόντες satis Heliastarum rationem refert.* Wachsm. de quinquagenario numero disputans statuit: „So ist „demnach die Zahl von fünf Höfen und funfzig Epheten, fünf aus „jeder der Zehn Phylen in Kleisthenes Zeit harabzusetzen . . . mit „einem Gesämmtvorsteher (?)” Apud Photium quinquagenarius numerus ad Ephetarum aetatem refertur.

De tribus judiciis a Dracone institutis, ἐπὶ Δελφινίῳ, ἐπὶ Παλλαδίῳ, ἐν Φρεαττοῖ, constat; de judicio ἐπὶ Πρυτανείῳ non ita ut omnes in eo consentiant.

In lege Solonis apud Plutarchum Sol. c. 49, Areopagitae, Ephetae et Prytanes distinguuntur. Horum postremi in Prytaneo jus dicebant, neque iidem fuerunt qui judges in judicio ἐπὶ Πρυτανείῳ. Pollux tradit φυλοβασιλέας judicio ἐπὶ Πρυτανείῳ praefuisse, in hoc vero errasse videtur 1), nam ut ex Solonis lege patet, praefuerint hi judicio vel potius senatui in prytaneo. 2) Schömann Ant. j. publ. p. 472. 4, in Solonis lege pro ἡ ἐκ Πρυτανείου δικασθέντες ὑπὸ τῶν βασιλέων legit δικασθέντες ἡ ὑπὸ βασιλέων. Quo pacto quatuor judicia ex lege eruit: Areopagum, Ephetas, Prytanes, Prytanesque Naucratorum. Quod cum sine capit is, ubi Areopagitae, Ephetae et Prytanes citantur, non concinit. 3) Neque est

1) Pollux VIII. 120. Τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ δικάζει δὲ περὶ τῶν ἀποκτεινάντων, καὶν ὅσιν ἀφαιγεῖς καὶ περὶ τῶν ἀψύχων τῶν ἐμπεόντων καὶ ἀποκτεινάντων. Προειστήκεσσαν δὲ τούτου τοῦ δικαστηρίου φυλοβασιλεῖς, οὓς ἔδει τὸ ἐμπεόνη ἀψύχον ὑπερορίσαι,

2) Conf. p. 75. ann. 1.

3) Verba in psephismate apud Andocidem de myst. § 78 Baiter Πλὴν ὅπόσα ἐν στήλαις γέγραπται τῶν μὴ ἐνθάδε μεινάντων, η ἐξ Ἀρείου πάγου η τῶν ἐφετῶν η ἐκ

cur cum Westermanno in Encycl. ed. Pauly, V. *Prytanis*, credamus judicium in Prytaneo institutum esse, ut in eos inquireret, qui tyrannidem affectarent. Praeterquam quod βασιλεῖς sive φυλοβασιλεῖς nihil commune habuisse videntur cum judicio ἐπὶ Προντανείῳ, quandoquidem ἐπὶ Προντανείῳ non idem esse potest quod ἐπὶ Προντανείῳ, et Solonis lex psephismati apud Andocidem auctoritate praferenda est; recte, opinor, Pollux VIII. 90, inter Archontis Regis munera hoc ponit, eum τὰς τῶν ἀψύχων δίκαιας δικάζειν. Si quidem e grammaticorum usu interpretari licet δικάζειν judicio praeesse. Conf. quae infra disputabo de Archontis Regis munere in homicidiis non voluntariis, ad quae etiam αἱ δίκαια τῶν ἀψύχων referenda sunt.

¶ Illud igitur judicium ἐπὶ Προντανείῳ, cui αἱ δίκαια τῶν ἀψύχων commissae erant et Archon Rex praeerat, diversum fuit a senatu in Prytaneo, qui Cylonis rebus interfuisse

Προντανείου η *Δελφινίου* ἐδικάσθη η ὑπὸ τῶν βασιλέων, non ita sana sunt, ut ad ea Solonis legem corrigamus, Conf. ipse Schöm. de iis verbis disputans., Att. Proc. p. 20. 36., qui ibi tamen inter ἐδικάσθη et ὑπὸ τῶν βασιλέων particulam η delendam censem.

Mirandum autem quod apud Andocidem aliis judicibus tribuitur judicium ἐπὶ Δελφ., quod, nisi conjecturis indulgeamus, Ephetus tribuendum est, neque perspicio, quid sibi velint ista ὑπὸ τῶν βασιλέων.

videtur, ut quibus publica sive urbana tranquillitas mandata esset. Quamquam haec cura sub Solone partim Areopago data est, tamen oratorum tempore ad prytanes videtur redisse. Ex hoc urbanam tranquillitatem tuendi munere explicandum est, quod Solon omnes, qui εν Προταρείον condemnati essent, absolverit, iis exceptis, qui reipublicae libertati insidiati essent. Si autem verum est Draconem legem scripsisse, qua bona publicarentur eorum, qui praesentem rerum statum evertere cuperent, non dubito quin inter Ephetas ideo non citentur prytanes, quia his non fuit jus capitis condemnandi. Si quis dives de seditionis commovendae conatu convictus esset, bona ejus publicari, si inops, peregre eum venire jussent; ad quos respi-
ciant illi versus Solonis;

*Ἄνηγαζον πραθέντας ἄλλον ἐκδίκως
Ἄλλον δικαιώς.*

Ita, ne dicam de judicio in portu Zea habito, quatuor fuere judicia a Dracone instituta, in quibus de δίκαιοις φονικαῖς jus dicebatur; his quintum adjiciendum antiquissimum, apud quod initio omnes δίκαιοι φονικαὶ fuerint, quae postea partim in quatuor nova distributae sunt, partim eaeque graviores antiquo judicio manserunt.

Jam pauca de Archonte Rege et de Ephetis monenda sunt, quoniam de singulis jurisdictionis partibus dicere mihi non propositum est.

Pollux VIII. 425. Ephetarum nomen explicaturus, verbis, quae citavi p. 76. 4, haec subjungit: δοκοῦσι δ' ὀνομάσθαι, ὅτι προτερόν τοῦ βασιλέως τοὺς ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ πρινομένους ἔξετάζοντος, οἱ Δοκιμων παρέδωκε τοῖς ἑρέταις τὴν πρίσιν ἐφέσιμον ἀπὸ τοῦ βασιλέως ποιούμενος.

E verbis προτ. τ. βασ. ἔξετάζοντος non sequitur necessario ut Archon Rex in homicidiis *non voluntariis* jus dixerit. Etenim notum illud, "Αρχοντες κυριοι ἦσαν ὁστε τὰς δίκας αὐτοτελεῖς ποιεῖσθαι, non indicat archontes omnibus in causis suo arbitrio jus dixisse, neque quibus in causis hanc potestatem habuerint. Verbum ἔξετάζειν, praesertim in homicidiis *non voluntariis*, quorum varia esse potest ratio, significat *percontari reos, causam inquirere*.

Non nescius sum, ut verba nunc leguntur. sensum requirere ut ἔξετάζειν significet *jus dicere*. At enim potuit Pollux, scriptoris alicujus verba describens, ut suam nominis explicationem defenderet, ea aut male intellexisse aut aliquid citandum omisisse, quo indicatum esset, cui causa, postquam ab Archonte cognita esset, dijudicanda permittetur; non satis intelligo cur ἔξετάζειν sit *condemnare vel jus dicere*. Mihi quidem locum legenti corruptus esse videtur. (cf. Poll. Hemsterh II. p. 950.) Pollucem verba, πρότερον.... τὴν πρίσιν, ex auctore, ut dixi, male intellecto hausisse puto, quibus deinde nominis explicandi causa de suo

addiderit ἐφέσιμον ἀπὸ τοῦ βασιλέως ποιοῦμενος 1). Si jam istud munus, quod Pollux Ephetis tribuit, missum facimus, sensus sit: Archontem Regem antiquitus quaestionem de homicidiis *non voluntariis* instituisse, quod idem valuit, ut supra dixi, de δίκαισ τῶν ἀψύχων, eorumque natura et ratione cognita, τὴν κρίσιν judicio detulisse, quod ante Draconem aut absolveret aut damnaret; ei autem Draco quatuor addiderit judicia et quaestionem de criminis natura Archonti Regi reliquerit.

Ephetarum appellatio ἔφεσιν litis ab Archonte Rege ad ephetas indicare videtur. Ἐφέτης enim ad exemplum vocabuli ἀφέτης (h. e. qui dimittit et qui dimittitur) significat *qui permittit* et *cui permittitur*, quorum posterius ephetis convenire censeo 1). Iis enim Archon Rex causam,

1) Suidas habet haec: Ἐφέται δὲ ἐκληθῆσαν ἦτοι ὅτι ἐπὶ αἷματι δικάζουσιν· η̄ ὅτι ἔφεσις παρ' αὐτῶν οὐ δύναται εἰς ἄλλο δικαστήριον γενέσθαι, τουτέστιν ἔκκλητος.

1) Hermaun. Gesetz, Gesetzgebung u. s. w. im griechischen Alterth. ann. 188 de provocatione ad Ephetas disputans, passivam significationem sed alio sensu defendit:

„Eine sicher aus Aristoteles geschöpfte Nachricht (sc. ab Archonte „rege fuisse provocacionem) die unbegreiflicher weise noch immer (Vgl. St. Alterth. § 102. 13) und neuerdings Weber ad Dem. in Arist. p. 269 und Droysen in Schmidts Zeitschrift f. Geschichte

cujus rationem ἀνακρίσει cognoverat, dijudicandam tradebat. De provocatione ab Archonte ad Ephetas vix cogitari potest, quippe quae ad posterioris temporis similitudinem intrusa sit. Si quis enim postea ad judicium aliquod provocabat, necesse non erat ut ipse causae rationem cognitam haberet (Conf. Schöm. Att. Proc. p. 766 von der Appellation); contra Draconis tempore si provocatio ab Archonte ad Ephetas fuisset, quis de criminis ratione statuisse, quo constaret ad quod judicium esset provocandum? quod si ipsi reo, nemine admonente, faciendum fuisset, vix habuisset quo se verteret, neque in tanta rerum

„B. VIII. s. 332) in Zweifel gezogen wird. Dass die neun Archonten, folglich auch der βασιλεὺς, ursprünglich κύριοι ἡσαν πώστε τὰς δίκας αὐτοτελεῖς ποιεῖσθαι lehre Bekk. Anecd. ausdrücklich; αὐτοτελεῖς aber sind nach Hesychius ἀφ' ὅν ποιή ἔστιν ἐφιέναι: finden wir also von Dracon eingesetzt „ein Gericht über dem βασιλεὺς, dessen Namen von ἐφιέναι abgeleitet ist, so wird dieses doch wohl als Appellations Gericht gelten müssen, und was die active Form bei passiver Bedeutung betrifft, so wiederholt sich dies bei vielen andern Wörtern, wie οἱμβάτης, ἐνδύτης, στατήρ, πρακτήρ, καμπτής, καθετήρ, βατήρ, ἐλατήρ.“ Alii conferre jubent ἐφίεμαι (Aesch. Prom. 4.) ἐφετιή. Mueller ad Eumed., p. 154. ἐφέτας dictos esse putat ὅτι ἐφιάστι τῷ ἀγδροφόρῳ τὸν ἀγδρηλάτην. Conf. Schöm. Ant. j. publ. 171. 5. Grote II. 2. 102 ann. 63.

imperitia plebi satis scientiae tribuendum est, ut quisque per se nosset ad quod judicium provocandum esset. Quale autem vinculum inter pristinum judicium et nova illa quatuor fuerit, certo indicari non potest. De Ephetarum nominis antiquitate non habeo, quod dicam. Si vere disputatum est, etiam ante Draconem in homicidiis *non voluntariis* penes Archontem Regem ἀνάγοισιν fuisse, antiquum jam fuerit ephetarum nomen. Si vero sine Regis ἀναγόσει de *homicidiis voluntariis* jus dixerint, nomen ephetarum ad quatuor nova judicia referendum.

Jam restat ut de Naucrariis dicamus. Pollux ut Ephetarum institutum etymologiae ope explicuerat, sic vocabulum *Ναυκράρος* a ναῦς derivat. Rectius Hemsterhusius ad Pöll. X. 20, id a ναίειν derivandum putat. Munus eorum potissimum fuerit tam in urbe quam in demis tranquillitati consulere et tributa cogere. Naucrari autem extra Athenas easdem res procurasse videntur quas Athenis Prytanes naucrarorum: ut Athenis Prytanes in prytaneo judices sedebant, sic Naucrari extra Athenas, quum potestas nondum inter plures magistratus esset distributa, judicarium munus, quale postea τῶν διαιτητῶν fuit, habuerint; denique judiciarii muneris vestigium est in ναυτοδίκαις.

Photius v. ναυκράρια Aristotelis testimonio affirmat Solonem ναυκράροις nomen indidisse, quod ex Aristotele Pol. II. 9, ita explicari possit, Solonem antiqua instituta servasse; quamquam verba Photii hunc sensum non prae-

bent 1) Eos jam ante Solonem fuisse Herodotus testis est, qui a Thucydide discrepans, narrat nauclaros summam Athenis potestatem habuisse, quod cum Thucydidis verbis collatum, de urbana tranquillitate tuenda intelligendum esse arbitror. Post Clisthenem nauclarorum nulla ferme mentio fit atque praeter tributorum quorundam cogendorum munus potestatis nihil iis relictum videtur. 2)

Photius, auctore Clidemo, quem Pausanias X. 13, antiquissimum Atthidum scriptorem dicit, quinquaginta nauclaros a Clisthene institutos esse affirmat, atque Boeckh. I. p. 559 Herodotum VI. 89. citat, quasi Clidemi testimonio fidem faceret; ei loco adjungit VI. 132, cuius loci ratio diversa est: Miltiades enim sibi non postulat τὰς ἐβδομήκοντα νέας sed ἐβδομήκοντα. Neque vero de quinquaginta primis navibus ita constat, ut inde sequatur fuisse quinquaginta nauclarias; quod si obtinuerit in bello contra Aeginetas,

1) Ναυκλαρία μὲν, ὅποιον τι η συμμορία, καὶ δῆμος, ναυκλαρος δὲ, ὅποιον τι δῆμαρχος, Σόλωνος οὗτος ὀγομάσαντος, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησί.

2) Ammonius: Ναυκληροι καὶ ναυκλαροι διαφέρει· ναυκληροι μὲν γάρ εἰσιν οἱ ναῦν πεπτημένοι, ναυκλαροι δὲ οἱ εἰς πραττόμενοι τὰ δημόσια χρήματα καὶ ναυκλαρία οἱ τόποι ἐν οἷς ἀρέσειντο τὰ χρήματα, ἐλέγοντο δε ὄμοιοις καὶ οἱ μισθωτοὶ τῶν συνοικιῶν.

Miltiadis jam tempore obsoletum fuerit necesse est. Qua auctoritate Pollux VIII. 408, haec tradat: «*ναυαρχαρία δέ οὐκάστη δύο ἵππεας παρεῖχε παὶ ναῦν μίαν, ἀφ' ἣς ὠνόμασται,*» nescimus tamen haud sine veri specie contendatur, id de oligarchia ante Solonem, quippe quae bellum et rem navalem refugiebat, valere vix posse; de equitatu satis fuerit ipsius Boeckhii verba referre. 1)

Photius omnia componens, statuit, εἰ δὲ τῆς φυλῆς ἐκάστης ἡσαν νενεμημέναι τριττύες μὲν τρεῖς, ναυαρχαρίαι δέ δώδεκα παθ' ἐκάστην, cuius tamen duplicitis divisionis nullum vestigium exstat. Aeschines adv. Ctesiph. ed. Brem. p. 297, de magistratibus αἵρετοῖς agens, citat phylas, trittus et demos. Demosthenes de Symm. p. 184 novam symmoriarum distributionem proponens, trittus phyles partes vocat, neque aliam divisionem commemorat. Neque ullus est auctor, quem citemus ad probandum τριττύς ante Clisthenem fuisse, nisi ad Westermanni conjecturam

1) I. l. I. 64. «Die Seltenheit der Pferde aber erhellt aus der anfänglichen Geringfügigkeit der Athenischen Reiterei, welche nach der Verfassung der Naukrieni nur 96—100 Mann betrug und zu den Zeiten der Marathonischen Schlacht, nicht einmal vorhanden war. Her. VI. II2 et l. l. I. p. 361. «Selbst die wenige Reiterei, welche nach den früheren Einrichtungen hätte da sein müssen, war also nicht im Stande, und die ganze Klasse der Ritter damals bloss ein Name.»

(in Encycl. Pauly) recurrames, τριτός antiquitus quidem fuisse, sed ad tempus in desuetudinem abisse.

Nauerariarum distributionem ita explicandam esse puto. Quum omnes omnino Attici in Athenarum potestatem redacti essent, magistratus opus erant, qui novam regionem curarent. Ad exemplum antiquorum nauclarorum, qui praesidentibus φυλοβασιλεῦσι in Prytaneum cabantur, novi naucrari creati atque antiquis istis subjecti sunt. Hi pro se quisque in sua naucraria eadem curaverint munera, quae prytanes nancrarorum Athenis, qui sub φυλοβασιλεῦσι cognoverint de causis, quae ad urbanam tranquillitatem, tributa et rem militarem pertinerent. Naucrariae autem phylarum partes non fuerunt: demi enim, quorum plerique certe jam ante Clisthenem fuerunt, omnes quidem in naucriis erant, sed non demotae omnes in phylis. 1)

1) Cf. Tittmann. Darstellung der Griech. Staatsverf. p. 269 cui tamen in his non assentior:

„Erstens waren die alten Naukrarien früher, was nachher mit „blosz geändertem Namen die Demen waren, also eine geographische Abtheilung, und doch den Phylen untergeordnet. In ann. „p. l. 49, de demis meliora docuit: Zwar scheint Her. V. 69 zu „sagen, dasz erst Klisthenes die Demen unter die Phylen untergeordnet habe. Ich glaube, man musz mit Weglassung des δέκα δέ, „das aus dem vorhergehenden δέκα τε herunter gekommen sein „köönnte, blosz lesen καὶ τοὺς δῆμους κατένεμε ἐς τὰς

Hujusmodi rei publicae fuerit status ante Solonem, qui civitati ordinandae praepositus, multa intacta reliquit, quae a Clisthene, quum magistratum numerus augeretur, mutata sunt; 1) tamen, ut antiquorum civium status aequa-

„φυλάς. Platner, Beitrage zur Kenntniss des Att. Rechts. p. 159. „Die Naukraren hatten das nämliche Amt, wie die Demarchen, „man könnte sie also auch ἀρχοντες τῶν ναυκραρίων nennen, Auffällig und bemerkenswerth ist die Angabe von Har-pocr. und Suidas in ναυκραρικά, Herod. nenne die Archonten „ναυκράρους. Vielleicht wollen die Lexicographen so viel sagen: „Her. bezeichne die neun Archonten durch οἱ πρυτάνις τῶν „ναυκράρων, denn jene sind das in einer höhern Potenz für „den Staat, was die Naukraren in einer niedern für die Naukra-riën, und die Unterordnung der Naukraren unter die neun Ar-chonten kann wohl nicht bezweifelt werden.“ Nisi credamus Thuc. (l. 126) refellere Herod., sed vel sic tamen non est eur Herodoto prytanes naukrarorum citanti fidem non habeamus, quia Thuc. potestatis tantum ambitum respicit cf. tamen Salomon, de Thueydide et Herodoto, Berl. 1851.

1) Plut. Sol. 18. *Δευτερον δὲ Σόλων τὰς μὲν ἀρχὰς ἀπάσας, ὡς περ ἡσαν, τοῖς εὐπόροις ἀπολιπεῖν βουλόμενος*, c. 22. *Σ. δὲ τοῖς πράγμασι τοὺς νόμους μᾶλλον ἢ τὰ πράγματα τοῖς νόμοις προσαρμόζει* c. 16. *Οτι δ'οὖν προσέκρουσε τοῖς πλείστοις ἔτερα προσδοκήσασιν αὐτὸς εἰρηνε περὶ αὐτῶν κτέ.*

Jam ante novas leges condendas nihil ferme mutare statuerat

bilior esset, censum instituit atque ad plebis inertiam excitandam multa frustra molitus est, quae thetes ad agriculturam et opificia cogerent. Plutarchus inde a cap. 20 med. in his institutis enarrandis copiosior est quam in reliquis. Quum vero haec post longum demum tempus vim in mores exercere possent, neque ita essent comparata, ut ignava multitudo ea arriperet, quibus ipsa sibi prospiceret atque ex abjecto statu erigeretur, brevi jacuerunt. Per censum, quo omnibus tribulibus honores patefacti sunt, thetes quasi altera civitas reipublicae additi sunt, ex qua in ditiorum classes numquam migrare licebat. Si classium, quas Solon instituit, ea ratio fuit, ut qui majorem censum adeptus esset, in superiorem classem transire posset, thetes, proprio sensu classem non efficiebant, sed quorundam jurum communitate reipublicae adjecti erant, de quibus juribus jam dicendum est, quippe quae futurae democratiae fundamenta fuerunt. Praeter senatum quadringentorum, qui Solonis quidem tempore excipiendus est, duo in censum veniunt, τὸ συνεκκλησιάζειν et τὸ δικάζειν sive εὐθύνειν.

c. 15. ἦ μὲν ἀριστον (ἀπιστον Westerm.) ἦν οὐκ ἐπήγαγεν
ιατρεῖαν οὐδὲ καινοτομίαν. Eum potius ad libertatem tun-
endam nonnulla jura cum plebe communicasse, quam plebis causa
nova instituisse, satis declarant vss. qui leguntur c. 18. Neque
aliter judicat Arist. Pol. II. 9, qui eos refellit, qui putarent
Σόλωνα νομοθέτην γενέσθαι σπουδαῖον.

DE INSTITUTIS,

QUAE

DEMOCRATIAE ERANT FUNDAMENTA.

Senatus quadringentorum, quum Senatores ex antiquis phylis essent, democraticus non erat; verius dicatur fuisse consilium, quo Solon et oligarchiae et surgenti plebi obviam ire studuit. Oligarchiam enim Solon coercere studuit eo quod senatui curae esse jussit, ne Archontes, qui magistratu se abdicassent et gesti muneric rationes reddere deberent, populum fraude fallerent inque Areopagitum numero haberentur, neve honores occuparentur; quae cira maxime apparuit tempore Isagorae, quum optimates magistratus occupare conarentur 1). Populi autem libidini obstitit eo quod senatum jussit cavere, ne rogatio ante

1) Her. V. 71. δεύτερα τὴν βουλὴν καταλύειν ἐπειρᾶτο
(οἱ Ἰσαγόρης)· τοιηκοσίοισι δὲ τοῖσι Ἰσαγόρεω στασιώ-

ad populum ferretur quam senatores auctores facti essent.

Quod Solon isto instituto democratiam vel restituisse vel instituisse fertur, ex eo explicandum esse puto, quod nullus scriptor perspectum habuerit, quam rationem Solon sequutus sit in senatoribus creandis. Sequiores tandem scriptores, omni discrimine sublato, senatores ex universis civibus fuisse putant. Aristoteles, Pol. II. 9 senatum quadringentorum democraticum institutum non habet, illud premit, quod judices ex omnibus fuerint. Quae de senatus natura universe disputat idem Pol. IV. 12, sententiae meae non obstant; nam Solonis senatum dupli ratione dijudices necesse est: ratione habita superioris oligarchiae, qua reliqui omnes tribules, qui patriciis non accenserentur, ab honoribus exclusi erant, senatus δημοτικὸν erat; ratione thetum, qui neque antea neque Solonis tempestate in phylas erant recepti, senatus non erat δημοτικόν. Ante Solonem enim plebs duplex erat, partim in phylis, partim extra phylas 1).

τησι τὰς ἀρχὰς ἐνεγείρις, ἀντισταθείσης δὲ τῆς βουλῆς, καὶ οὐ βουλομένης πείθεσθαι, ὅτε Κλεομένης καὶ ὁ Ἰσαγόρης καὶ οἱ στασιώται αὐτοῦ καταλαμβάνουσι τὴν ἀπόπολιν.

1) Quamquam e Plutarchi dictis: ἔπεισε (οἱ Σόλων) τοὺς ἐναγεῖς λεγομένους δίκην ὑποσχεῖν καὶ κριθῆναι τριακοσίων ἀριστίνδην δικαζόντων, collatis cum iis

Quod igitur ad censum attinet, tribules ii qui Zeugitarum censum non haberent, et multitudo quae in tribus non recepta erat, ambo in thetum nomen coaluere; ne vero antiquarum phylarum dignitas per oligarchiam obscurata interiret, earum auctoritas novo senatu instituto servata est, ut tribules, qui tertiae classis censum non haberent, senatores crearentur. At Solon proprio sensu novum senatum non instituit. Antiquo enim senatui in Prytaneo, sicut Areopago, nova munera tribuit; in reliquis nihil mutarit. Quum naucraris extra Athenas antiquum munus mansisset, nauicrarorum prytanes senatus quadringentorum facti sunt, et prytanum nomen et munera ad delectos viros rediere. Prytanes enim Naucratorum tranquillitatis urbanae erant custodes atque jus dicebant; atque quingentorum senatus non pauca habet, quae pristinum istum senatum referant.

Si jam oratores vel grammaticos adeamus, quaerentes, qualis Solonis senatus fuerit, nihil afferunt unde illius ratio aperte cognoscatur. Si autem ad propositam modo sententiam provocare licet, Solonem omnia temporibus accommodasse et in ordinanda republica praesentem rerum statum servatum voluisse, omnia ejus instituta ad hoc consilium dijudicentur necesse est.

quae (cf. p. 91 ann. 1) ex Herodoto attuli, non potest affirmari, certum fuisse optimatum delectum, tamen trecentorum optimatum numerus non fortitus fuisse videtur.

Solon autem alterum senatum instituit vel novo munere ornavit, ne quid ante ad populum ferretur, quam senatus consultus esset. De novis legibus ad populum ferendis vix cogitetur. Omnium enim antiquorum legislatorum proprium fuit instituta vel antiqua vel nova confirmare ne dilaberentur. Si Solon instituisset ut in posterum novae leges conderentur vel praesentes corrigerentur, quod profecto non procul a democratis abest, ipse primus legum suarum vim et auctoritatem labefactasset. Solonem autem praesentem tantum concordiae consuluisse, omnesque leges ad praesentem rerum statum accommodasse, ex Herodoto 1. 29 conficiatur. Etiamsi non toti narrationi de ejus legum confirmandarum consilio (Her. 1. 29; Herac. Pont. fr. 1; Plut. Sol. 23; Gell. 17. 21.) fidem habeamus, tamen id in ea verum esse puto, Solonem omnia instituta sua integra servari voluisse neque de legum suarum correctione vel mutatione cogitasse.

Maxima illo tempore senatus auctoritas in τῷ εὐθυνει cernitur. Ut enim populus e juribus a Solone sibi concessis fructum caperet, consilio opus erat, quod rationibus exigendis praeesset curaretque, ne id, quod populus jussisset vanum irritumque fieret. Senatus ante Clisthenem non tam arte cum εὐλησίᾳ conjunctus erat quam vulgo creditur: quod inde colligatur, quod plebs extra senatum fuit, neque prius in hunc recepta est, quam post pugnam ad Plataeas sancitum esset ut quilibet cives senatores

legerentur. Eo demum tempore institutum est, ut omnes cives regerent iidem et regerentur, et senatus popularis voluntatis instrumentum evaderet.

Utrum senatus fuerit ἀρχὴ necne, a definitione pendet. Si enim ἀρχῆς ea ratio est, ut nemini bis munere fungi liceat 1) neque magistratus μισθὸν accipiat, senatus ad ἀρχὰς non referendus est.

Quaeritur vero num, quod postea fuisse reperitur, idem de Solonis tempore valeat? De μισθῷ βουλευτικῷ non est quod dicamus, quum non dubium sit, quin vel posterioribus temporibus abjudicandus sit; de senatus a Solone instituti ratione nihil compertum est. Primum sortitionem instituisse Solonem, non credibile est. Si enim Solon sorte capi jussisset senatores, sortitionis eventus dubius fuisset, neque oligarchiae obstitissit; porro si Aristotelem II. 9, attendimus narrantem, magistratus jam ante Solonem, in comitiis ut opinor, creatos esse, non video cur senatorum sortitionem, quae democratiae est, in Solonis instituta intrudamus. Sortitio quidem fit, ut iis, qui nunquam ad honores accedere possint, deficiente vel censu vel fide vel ingenii artibus, aliquid tamen tribuatur. Quae sortitio, quum ne a Clisthene quidem instituta sit, Solonis institutis abjudicanda est. Accedit, quod Aristoteles de Solonis institutis

1) Cf. Heliastarum jusj. apud Demosth. in Tim. 746. οὐδὲ δἰς τὴν αὐτὴν ἀρχὴν τὸν αὐτὸν ἄρδηα (ἄρξαι έάσω).

strictim dicens senatum quadringentorum non memorat, eumque ad ἀρχὰς referre videtur. Alterum quid in definitione additur: ad eandem ἀρχὴν bis accedere non licere; id num de senatu quadringentorum valeat, affirmare non ausim. Verisimilius autem mihi videtur, senatum Solonis quidem tempore ad ἀρχὰς referendum esse. 1)

Venimus jam ad concilia atque judicia, quae ambo Solonis tempore arte cohaesisse videntur. Ad ἐκκλησίας duo potissimum referuntur. Plutarchus in vit. Sol. rem non clare exponit, sed potius democratiam respicit, quum comitia et judicia sejuncta essent. 2) Aristoteles Pol. II. 9, prima quidem specie affirmare videtur Solonem populi judicia instituisse, sed idem postea judi-

1) Puchta, Institut. I. p. 118. 1850, de magistratibus obser-
vat: »In dem Magistratus lässt sich eine doppelte Macht
unterscheiden: die positive Verwaltung der ihm anvertrauten
»Staatsangelegenheiten, und die Macht, Acte der ihm gleichstehen-
de und geringeren Magistrate durch seinen Einspruch zu verhindern.
Non dubito, quin utrumque in senatum cadat.

Cf. Herm. Staats Alt. § 108. 3. 4. Wachsm. in alter. edit. Hell.
Alt. I. 481, defendit τὸ βουλεύειν ἀπὸ κυάμου, quod Herm.
I. I. jam ad priorem Wachsm. libri edit. jure dubitaverat. Loci enim,
quos ex Tittm. p. 240. 58. W. exseripsit, ad Solonem non pertinent.

2) Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐκαλοῦντο Θῆτες, οἵς
οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔδωκεν ἀρχεῖν, ἀλλὰ τῷ συνεκκλη-
σιάζειν καὶ δικάζειν.

cia ita definit, ut locum insipienti manifestum sit, eum in superiori loco vocabulo dicasteriis usum esse e sententia eorum, qui τὰ δικαστήρια institutum δημοτικὸν fuisse perhiberent. Quum aliorum de dicasteriorum efficacitate sententiam suam fecisset, quae, mercede judicium instituta, maxima evaserit, populi potestatem Solonis tempore ita definit, ut dubium non sit, quin istud δικάζειν, quod apud Plutarchum est, ei sit εὐθύνειν. 1) Isocr. or.

1) Arist. Pol. II. 9. Σόλωνα δένιοι μὲν οἴουνται νομοθέτην γενέσθαι σπουδαῖον ὀλιγαρχίαν τε γάρ καταλῦσαι λιαν ἄνρατον οὖσαν, καὶ δουλευοντα τὸν δῆμον παῦσαι, καὶ δημοκρατίαν καταστῆσαι τὴν πάτριον, μίξαντα καλῶς τὴν πολιτείαν. Εἶναι γάρ τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν ὀλιγαρχικόν, τὸ δὲ τὰς ἀρχὰς αἱρετὰς ἀριστοκρατικόν, τὰ δικαστήρια δημοτικόν. Eam sententiam refellens subjungit Solonem τὴν τε βουλὴν καὶ τὴν τῶν ἀρχῶν αἱρεσιν non instituisse, τὸν δὲ δῆμον καταστῆσαι, τὰ δικαστήρια ποιήσας ἐκ πάντων. Illud τὰ δικ., e praegressis sumsit. Jam nonnullorum reprehensio, in quam Solon incurrit, affertur: Solonem λῦσαι γάρ θάτερον, αὐτοιον ποιήσαντα τὸ δικαστήριον πάντων, αληρωτὸν ὄν, quo factum esse ut tandem demagogis ducibus democratia extiterit. Habes binas sententias alteram Aristocratiae faventis alteram Democratiae. Ephialten autem et Periclem democratiae proprie auctores esse, quos multi demagogi

XII. pro εὐθύνειν habet λαβεῖν δίκην παρὰ τῶν ἔξαμορτανόντων. 1) Jam vero qualis τοῦ εὐθύνειν vel τοῦ λαβεῖν δίκην περὶ ambitus fuerit indicare difficile est. Ante Solonem jurisdictionem apud populum fuisse ex Thucydide (1.126) colligatur. Eam Solon, quum paucorum imperio ut postea sub tyrannis obscurata esset, revocavit. Ut enim postea *Tyrannis* inter judicia extraordinaria referebatur, sic Cylonis molitus tamquam extraordinaria res ad populum pertinuisse videtur.

Si jam ad Heliastarum jusjurandum attendimus, 2)

sequuti sint, quorum quisque προηγαγέν αὐξων εἰς τὴν νῦν δημοκρατίαν, tamquam rem indubitatam non attigit. Quum vero significasset post bella persica plebem primum altiora spectasse, ideoque Soloni consilium democratiae instituendae abjudicandum esse, ad magistratus transiens, Solonis tempestate plebem τοῦ τὰς ἀρχὰς αἱρεῖσθαι καὶ εὐθύνειν participem fuisse perhibet. Unde luce clarius apparet Aristotelem de dicasteriis non cogitasse. Ut Arist. merae democratiae initium a mercede instituta repetit, sic Dem. p. 731. eadem democratiam contineri statuit.

1) Cf. Grote II. p. 103.

2) Dem. in Tim. p. 746. Ψηφιοῦμαι κατὰ τὸν νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δῆμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων.

Καὶ τύραννον οὐ ψηφιοῦμαι εἶναι οὐδὲ ὀλιγαρχίαν· οὐδὲ ἐάν τις παταλίη τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων, η

in quo multa memorantur, quae Solonis esse non possint, nonnulla tamen insunt, quae eo ducunt, ut ponamus Solonis jam tempore discrimen aliquod fuisse inter Heliacaem et Ecclesiam atque judicia extraordinaria ad populum delata esse. Primum in eo haec leguntur: οὐδὲ τῶν χρεῶν τῶν ἴδιων ἀποκοπάς πτέ, quae Soloni tribuenda esse videntur, atque satis cum Plutarchi dictis in v. Sol. consentiant. Ibi enim Plutarchus de seditionis indole exponens narrat haec Sol. c. 13: Οἱ δὲ πλεῖστοι παρεκάλουν ἀλλήλους μὴ περιορᾶν ἀλλ᾽ ἐλουμένους, ἕνα προστάτην ἄνδρα πιστὸν ἀφελέσθαι τοὺς ὑπερημέρους καὶ γῆν

λέγη, ἡ ἐπιψηφίζη παρὰ ταῦτα, οὐ πείσομαι· οὐδὲ τῶν χρεῶν τῶν ἴδιων ἀποκοπάς, οὐδὲ γῆς ἀναδασμὸν τῆς Ἀθηναίων οὐδὲ οἰκίων· οὐδὲ τοὺς φεύγοντας κατάξω, οὐδὲ ὃν θάνατος κατέγνωσται, οὐδὲ τοὺς μένοντας ἐξελῶ παρὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δῆμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ τῆς βουλῆς, οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ οὔτ' ἀλλον οὐδένα εἴσω· οὐδὲ ἀρχὴν καταστήσω, ὃςτ' ἀρχειν ὑπενθυνον δοντα ἔτερας ἀρχῆς, καὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων καὶ τοῦ ἵερομνήμονος, καὶ ὅσοι μετὰ τῶν ἐννέα ἀρχόντων καναπεύσονται ταῦτη τῇ ἥμέρᾳ καὶ κήρυξος καὶ πρεσβείας καὶ συνέδρων· οὐδὲ δις τὴν αὐτὴν ἀρχὴν τὸν αὐτὸν ἄνδρα, οὐδὲ δύο ἀρχὰς ἀρχεῖαι τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ, πτέ.

ἀναδάσασθαι καὶ δὲ πεταστῆσαι τὴν πολιτείαν.
 et (c. 45), πρώτου Σόλωνος ἦν, ὡς ἔοικε, σόφισμα
 τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν σεισάχθειαν ὀνομάσαντος.
 Compara etiam, quae in Solonis lege apud Plut. c. 49,
 leguntur: ἐπιτίμους εἶναι πλὴν ὅσοι ἐπὶ
 τυραννίδι ἔφυγον, cum his Heliastici jurisjurandi verbis
 οὐδὲ τοὺς φεύγοντας κατάξω. Quamquam tota juris
 jurandi formula a Solone non conscripta est, tamen non
 credibile haec centum pene annis post inserta esse,
 quum post Solonem, quod scimus, nunquam metuendum
 fuerit ne tabulae novae fierent possessionesque divideren-
 tur; potius verba antiqua, postquam novae res in formulam
 receptae sunt, retenta esse videntur, quum Solon eam
 rerum conditionem tuendi gratia praescripsisset; quod
 si ita est, difficultas se offert. Si enim omnia, quae plebis
 arbitrio mandata erant, ab omnibus in comitiis tractabantur,
 omnes eo jurejurando obstrictos fuisse necesse est,
 quod vix fieri potuit, quum sic nimia toti plebi potestas
 tributa esset, neque senatus quadringentorum ratio eo
 dicit, ut credamus id jusjurandum ad omnes pertinuisse.
 Verum antiqui scriptores, de eo jurejurando Heliastico,
 quod Solon praescripserat, aliquod cognoverint, quod,
 quum praesertim ad praesentem rerum statum conservan-
 dum spectaret cf. p. 98. ita explicuerint quasi Solon
 Athenienses legūm confirmandarum causa jurare jussis-
 set ut ad statum quidem tempus leges integrae servarentur.

Quodsi ea, quae in jurejurando memorantur, Solonis sunt, rem secundum rationem temporum, quibus Solon vixit, ita explicandam puto: in comitiis omnes omnino creasse magistratus rationesque ab iis exegisse, in judiciis vero extraordinariis, quae jam antea ad comitia pertinuerant et in nonnullis ordinariis, de quibus mox verbo dicendum erit, non omnes cives sed eos tantum judices fuisse, qui nescio qua ratione lecti hoc jurejurando obstringerentur, ne in quaestione, quae ad reipublicae salutem spectabat, cum reis facerent, eoque ipsi rebus novis obsecundarent. 1) Praeter illa extraordinaria judicia de tyrannide deque tabulis novandis atque agris dividendis ordinaria fuisse verisimile est, quae populo committerentur. Plutarchus, plebis jura quum indicasset, in qua tamen definitione Solonis certe verbis non usus est, recte judicat τὸ δικαζεῖν initio ferme nullum fuisse 2): Archontum

1) Tittm. Darst. d. Gr. St. p. 216, jusjurandum respiciens scripsit: «Dasz nun hier die Möglichkeit gedacht wird, die Heliäa könne sich anmaszen wollen Verfugungen über die Verfassung, »Wahlen u. s. w. zu treffen u. s. w.» Ita Senatus auctoritas, qui, antequam aliquid ad populum ferretur, consulendus erat et semper ferme consultus est, (Cf. tamen Dem. adv. Timocr. 715.) jam initio satis infirma fuisse. Tale quid Solonis tempore vel populi animis vel Soloni inhaesisse vix credibile est.

2) V. l. c. 18. Ὁ (sc. τὸ δικαζεῖν) κατ' αρχὰς μὲν οὐδέν, ἵστερον δὲ παμμέγεθες ἐφάνη τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν

enim jurisdiction a Solone est servata; in reliquis vero tempora turbasse et ab aliis auctoribus inductus esse videtur ut antiquis nova misceret, quibus praeterea Romanum colorem induxit. 1) Plutarchus pristinis temporibus

διαφόρων ἐνέπιπτεν εἰς τοὺς δικαστάς. Καὶ γὰρ ὅσα ταῖς ἀρχαῖς ἔταξε χρίνειν, ὁμοίως καὶ περὶ ἐκείνων εἰς τὸ δικαστήριον ἐφέσεις ἔδωκε τοῖς βουλομένοις.

1) Grote II. I. 98. »Es ist kaum möglich, sich diese zahlreichen Dikasterien und Versammlungen in regelmässiger, häufiger und lange bestehender Wirkung ohne eine den Dikasten, aus denen sie bestanden, zugesicherte Besoldung zu denken. Diese Besoldung aber begann erst um die zeit des Perikles, wo nicht gerade zu auf seinen wirklichen Vorschlag gegeben zu werden; und Demosthenes hatte gute Gründe zu behaupten, dasz, wenn man diese Besoldung aufhöbe, das ganze Gerichts- und Verwaltungssystem Athenis sogleich in sich zerfallen werde. Und es würde ein Wunder sein, welches zu glauben uns nur das stärkste unmittelbare Zeugnis rechtifertigen würde, dasz Solon, in einem Zeitalter, wo selbst theilweise Demokratie noch nicht versucht worden war, die Idee solcher Einrichtungen gefaszt haben sollte; es würde aber ein noch gröszeres Wunder sein, dasz die halbbefreiten Theten und kleinea Eigenthümer für welche er Gesetze gab, noch unter der Zuchtruthe der Eupatridenarchonten zitternd und in Gesamtgeschäften gänzlich unerfahren, plötzlich der Erfüllung dieser emporragenden Amtsgeschäfte gewachsen gefunden worden sein sollten.«

έφεσιν tribuit 1), quod, jurisdictione ab archontibus ad dicasteria nondum translata, magistratus munere functus vel fungens ad rationes reddendas citari poterat, atque judicia male ab archontibus judicata ad populum in comitiis redibant, qui ea irrita faceret. Quamquam testimonia ad id probandum proferri non possunt, tamen, id factum esse negari nequit, nisi τὰ δικαστήρια archontum jurisdictione ornata a Solone instituta credamus. Archontes sub Solone erant αὐτοτελεῖς, a quibus proprio sensu provocatio ad populum non esset, sed quaeratur quis magistratus, quae potestas judicia male judicata irrita faceret, si quidem id non tum primum, quum magistratus munere abdicasset, factum esse verisimile est. Quocirca statuo magistratus, quoties senatui visum esset, ad rationes reddendas citari potuisse eorumque judicia male judicata ad illam juratam populi partem relata fuisse. 2)

1) Cf., Plut. v. l. p. 350. sub fin. et C. F. Hermann, Staatsalterthümer § 145, 9—12.

2) De ἐκκλ. κυρίᾳ, quae concessionis priscae munera etsi mutata refert, cf. Schöm. *de Comitiis* p. 30, et de statis comitiorum diebus p. 47.

H. Schelling. *De legibus Solonis*, Cap. III. p. 24. »De ritu et ordine in concione populi observando haec fuisse instituta Solonis ex oratorum locis affirmare possimus. Totum vero caput insipienti apertum erit non omnia ista a Solone profecta esse. Etiamsi

Omnia ista jura populus in comitiis exercebat, quae jam ante Solonem quidem erant, sed in oligarchia obsoleta. Hoc addubitari vetat Thucydides, quamquam nullus nobis auctor exstat, qui ejus sententiae fidem faciat. Nisi Solonis temporibus rem publicam tribuamus, cuius auctor Clisthenes jure dicendus est, crebrae ac frequentes conciones non fuisse videntur. Si ad Solonis consilium attendimus, eo spectantis ut concio libertatis firmamentum et praesidium esset, omnia tamen prius a senatu tractarentur, paucae fuerint necesse est.

Restat ut de legibus in comitiis ferendis atque abrogandis agamus, qui locus, ut omnia quae ad Solonem referuntur, recenseamus atque dijudicemus, majorem operam sibi postularet, quam qui hic tractaretur, neque fortasse operaे pretium foret in obscuris hallucinari. In hac enim quaestione explicanda non magis oratores adeundi sunt, quam consilium Solonis et temporum ratio attendenda est.

Oratores quamvis crebro Solonis nomen jactant, tamen haud semel significant, se in tanta legum copia, quae, paucis exceptis, nullum auctoris vel rogatoris nomen prae se ferebant, eo nomine usos esse, quod multitudini gratum esset, quo majorem dictis fidem auctoritatemque

Solonis nomen ubique apud oratores obvium est, tamen lectori quamvis religioso inquirendum, quis et qualis scripserit quique audierint; quod Schelling universe neglexit. Cf. p. 105, 1.

facerent. 1) Ignorabatur enim quaenam instituta nominatim Soloni tribuenda essent. Ut jam in prooemio animadverti Graecis in primis oratoribus rei publicae progressio nulla erat, gloriandi materiem a Salamine et Marathonē repetentes, democratiam Theseo acceptam referebant, Soloni leges 2) atque in legibus et institutis afferendis tempus suam memoriam inter atque illa prisca tempora interimebant. Universe autem in legibus, quae apud oratores citantur, multa esse a Solonis manu profecta quis negare ausit, quis certo discriminē vera a falsis internoscere audeat? Ut de multis aliis, sic etiam de iis, quae ad leges ferendas vel abrogandas spectabant, affirmare liceat, tale institutum tam a Solonis consilio quam ab ingenio temporis abhorruisse. Quis credat a Solone populo datum esse, ut tollendis

1) Or. contra Neaeram p. 1370 sub init, luculenter ostendit, quales fuerint auditores.

2) Isochr. oratt. ed. Bekk. pp. 238—239; 290.

Aeschines p. 429, 17. Solonem tamquam democratiae auctorem laudare videtur. Locos recensere, qui Solonem legum conditorem respiciunt, necesse non est, quia omnes in libro, quem Schelling edidit, inveniuntur. Neque vero parvi habendum est, quod alii jam observavere, leges Solonis quidem nomine inscriptas esse, sed illius temporis colorem non referre. Cf. Schöm. *De comitiis* p. 266. sqq. atque p. 267. ann. 42. ubi Lysiae or. adv. Theomnestum affert, quae continet specimina priscae istius sermonis, quo leges Solonis scriptae erant. Cf. in primis Gr. II. 96. 53.

manibus declararet, quas leges abrogari, quas retineri vellet; ab illo institutos esse nomothetas ¹⁾, qui leges contenderent, quae abrogandae essent, alios qui veterum legum patrocinium susciperent. Qui ita statuat eum vereor ne et Solonis consilium atque temporum ratio fugiat. Solon in republica ordinanda futura non respiciebat, nisi quod magno opere curavit, ne plebs et optimates, quos discretos habuit, colliderent.

Plebis igitur potestas magis in prohibendo quam in jubendo posita fuit. Cavebat plebs ne quis ipsi inimicus magistratus crearetur; neve archon qui in plebem saevisset munere functus Areopago adscriberetur, denique vetabat sive id toti populo sive parti fuerit mandatum, ne judicia male judicata rata essent. Sequens vero aetas,

1) Schömann de *Comitiis* p. 251 statuit: «Illi autem Nomothetae (ita enim selecti isti Heliastae dicebantur), aristocraticae magis reipublicae formae, qualem Solon instituit, convenire videntur; si quidem ista quidem aetate, cum nulla mercede judicia exercearentur, Heliastae ex opulentioribus tantum et primarum classium civibus esse solebant, quibus rei familiaris cura solutis liberaliter reipublicae servire licebat.» Quum vero apud Dem. p. 706. lex jubeat τοὺς δὲ προέδρους . . . χρηματίζειν . . . καὶ περὶ τοῦ ἀγγυρίου, ὅποθεν τοῖς νομοθέταις ἔσται, quaeratur qua auctoritate nitatur nomothetas Solonis quidem tempore sine mercede munere functos esse.

quae Solon studiose servaverat, abolevit atque archontum dignitatem et auctoritatem in dicasteria transtulit. Hoc discrimen inter Solonis leges et Clisthenis quum non jam dignosceretur injuria illi tributa sunt, quae ab hoc erant profecta. Ambiguam, ut ita dicam, institutorum suorum rationem Solon perspectam non habuit, neque habere facile potuit, quum nulla popularis voluntatis significatio in tanta rerum novitate esse posset. Plebs a magistratum ditiorumque vi tuta nihil amplius sibi postulavit, atque Atheniensium historia omnibus argumentis clarius evincit temere Soloni tributa esse, quae posterior aetas invenit. Post Solonem enim plebs in varias partes se rapi passa est. Leges autem ut abrogentur vel subrogentur vel derogentur talia existant tempora necesse est, quae praesentes leges rebus temporibusque non convenire indcent, earumque vitia detegant. At primum legislatorem, qui, ut reliqui ejusdem aevi non, ut plerique praedicant, nova condiderit, sed obscurata potius revocaverit et amplificaverit, quis futuri temporis progressionem perspexisse et praeparasse credat. Imo potius quod Aristoteles Graecorum historiis edoctus in formulam redactum enuntiavit: τὸ ἡρδίως μεταβάλλειν εἰς τῶν νόμων εἰς ἐτέρους νόμους καινούς, ἀσθενῆ ποιεῖν ἐστι τὴν τοῦ νόμου δύναμιν id Solonem animo sensisse credibile est. 1)

1) Plut. v. l. c. 15. Οὐκ ἐπήγαγεν ἵατρείαν οὐδὲ καινο-

Denique si leges quae apud oratores inveniuntur 1) inspiciamus, apparebit, senatum quingentorum, proedros, tertiam ecclesiam, mercem publice erogandam, Eponymorum statuas, haec omnia ita cum nonnullis legibus cohaerere, ut illis sublatis haec simul tolli necesse sit; quare non est, cur legum formulam a Clisthene vel ab aliis mutatam quidem, ad Solonem tamen tamquam auctorem referendam esse statuamus.

Jam multis institutis excussis, ut aliqua ratione investigaretur, quaenam instituta tamquam democratiae initia Soloni tribuenda sint, antequam ad tyrannidem progressiamur illius rei publicae indolem, ut in superioribus breviter, adumbrabimus. Nullum autem indicium est, unde jure efficias Solonem timocratiam et democratiam prudenter miscuisse. Contra optimates et plebem probe

*τοιμίαν, φοβηθεὶς μὴ συγχέας
 παρτάπασι καὶ ταράξας τὴν πόλιν
 ἀσθενέστερος γένηται τοῦ καταστῆσαι πάλιν
 καὶ συναρμόσασθαι
 πρὸς τὸ ἄριστον· ἀ δὲ καὶ λέγων ἡλπιζε πειθομένοις
 καὶ προσάγων ἀνάγκην ὑπομένουσι χρήσασθαι, ταῦτ'
 ἔπραττεν, ὡς φησιν αὐτός,
 ὅμοι βίην τε καὶ δίκην συναρμόσας.*

1) Cf. Schelling, p. 43—56. qui omnes leges et fragmenta accurate recensuit; Schömann de *Comitiis* p. 248. seqq.

discretos habuit. Quod ut recte dictum videatur, animadvertisendum est, censem eo potissimum consilio institutum esse, ut oligarchiae obviam iretur quippe quo effectur est ut honores omnibus optimo jure civibus paterent. Plebs vero ut ante a plena civitate arcebatur et τῷ συνεκκλησιάζειν καὶ εὐθυνεῖν, proprie, si rem ex temporis ingenio judicaveris, cum civitate non cohaerebat, sed potius, quum libertatis tuendae causa ipsi tributa essent, ab optimatibus sejuncta erat: ut census, sic ista a Solone cum plebe communicata jura tendebant ad imperium paucorum frangendum. In oligarchia enim Attici optimates ut caverent ne pauperes, qui agros colebant, cum iis, qui postea Paralii dicti sunt, coalescerent, pauperes in servitutem Helotarum conditione duriorem redigere conati sunt, quippe qui eo adigerent, ut peregre venirent. Idem ferme in Peloponneso factum viderimus: ne Helotae cum Perioecis in unum coalescerent, Spartani omni modo eorum animos et vires fregerint adeo ut ipsis Perioecis abjecti viderentur. Solon igitur, ne ista ratio in posterum fieret providens, pauperes ab optimatibus sejunxit.

Itaque, si Soloni democracia vel potius τὸ παταστῆσαι τὸ δῆμον tribuendum est, ex eo petatur, quod Solon ab optimatum vi in libertatem rem populi vindicavit. Nulla rursus instituta, quae jure Soloni tribuunter, indicant legislatoris consilium fuisse, ut reipublicae partes ad naturae similitudinem conjungeret atque consociaret. Si

enim respublica ad naturam instituta est, quando partium reipublicae copulatio et quasi coagmentatio naturam referunt, atque omnes omnino partes iisdem pro se quaeque progressionibus utuntur quibus ipsa respublica et vicissim, tum hujusmodi ordinationis initia vel forma non Soloni sed Clistheni tribuenda est. Vinculum, quo omnia in Solonis ordinatione continerentur, erat vis moralis, quam alendi et regendi cura summo reipublicae consilio, h.e. Areopago mandata est. Hanc vim quum posterioris aevi scriptores non satis agnoscerent, neque definire possent, haud raro haerent, quid proprie illud sit, quod postea sub Pericle Areopago ademtum sit. Solon de hominis vi ac natura magnificientius sensit, atque vere Cicero, qui ceteroquin oratores Atticos sequebatur, exclamat: Quanto majores nostri sapientius! 1) Quum autem Solonis tem-

1) Cicero, Pro Roscio Amer. c. 25.

Ejus porro civitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse, eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, scripserit. Is quum interrogaretur, cur nullum supplicium constitisset in eum, qui parentem necasset, respondit, se id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur, quum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere quam admonere videretur.

Quanto majores nostri sapientius! Qui quum intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitaverunt, ut quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ii magnitudine poenae maleficio summoverentur.

pestate populo nulla ferme esset vita publica , neque plebs sua libertatis et auctoritatis esset conscientia , illa cum Solone ad tempus evanuit.

Draco duriorem morem in mitiorem quidem formulam redegerat , sed omnis illius ordinatio eo potissimum spectavit ne in praesentem rerum statum , quem servatum voluit , peccaretur . Solon neglectam moris partem , quae jus privatum spectat , emendans in legis formulam rediget cavitque ne vel in novum rerum statum vel in hominem quemcunque peccaretur , atque futuro tempori rempublicam ordinandam reliquit , quae utrum in optimatum an in plebis partem inclinaret incerta erat . Illud in Solonis ordinatione vitium est . Ut Pericles suis institutis deesse non potuit , sic Solon prae sentia sua optimatum factiones cohibuit . Pericle mortuo institutorum vitia tantum manserunt , Solone peregre profecto quam debilis fuerit ejus reipublicae ordinatio apparuit , quum nulla potestas esset , quae optimates animos extollentes coerceret ; cum nova progenie prisca oligarchiae studia , quasi luce libidinis recreata , reviviscebant . Solon plebi libertatem donavit , cuius quanta esset efficacitas postea , quam tyrannis inferiores cum patriciis ferme exaequaverat , Clisthenes ei ostendit , donec tandem auctore Pericle libertas , ruptis vinculis , lege superior evasit . 1)

1) Arist. Pol. IV. 4. in med.

In libello festinantis typis descripto praeter alia leviora haec corrigerantur.

Pag. 3 vers. 10 pro *qui* corr. *quae*.

" 6 " 26 " c. 34 — c. 36 corr. C, 34—36.

" 10 " 20 " *Kethri* leg. *Krethi*.

" 11 " 9 " *quod* " *quae*.

" " 20 " *diversos fuisse* leg. *eos diversos fuisse*.

" 13 " 13 " *Codridae et Paeonidae* leg. *Codrid.*, *Alcmaeonidae*,
Paeonidae aliisque.

" 14 " 9 " *Paconidis* leg. *familii e Peloponneso oriundis*.

" 16 " 23 " *suoris* corr. *sui*.

" 25 " 25 " *Pent,* " *Plut.*

" 27 " 21 " *Iones* " *Ionis*.

" 29 " 24 " *φυλάς εἰσιν* corr. *φυλάς εἰσιν*.

" 30 " 9 " *διηρέθησαν* " *διηρέθησαν*.

" " 18 " *δημιουργοὺς* " *δημιουργοὺς*.

" " 19 " *ἱεροποιοὺς* " *ἱεροποιοὺς*.

" 31 " 11 " *Ἄργειος* " *Ἄργειος*.

" 32 " 19 " *"Ελευσῖνι* " *"Ελευσῖνι*.

" 35 " 9, 10 " *καὶ δέκα* " *vulgo leguntur δέκα δὲ καὶ*
sed potius cum cl. Bске legenda.
sunt καὶ δὴ καὶ; cf. p. 88. 1.

" 38 " 7 " *προσκατένεμε* " *προσκατένειμε*.

" 55 " 10 " *θῆτας* " *θῆτας*.

" 57 " 22 " *ἐκτημορίοι* " *ἐκτημόριοι*.

" 58 " 4 *Adjicantur versus hi:*

*αὐτοὶ δὲ φεύγειν μεγάλην πόλιν ἀφραδίησιν
ἀστοὶ βουλονται χρήμασι πειθόμενοι,*

" " 23 pro *δεσμοῖσι τ'* corr. *δεσμοῖσι τ'*.

pp. 60, 61, 63, 64, 65 pro *σεισαχθεία* corr. *σεισάχθεία*.

pag. 62 vers. 20 pro *καὶ μᾶλλον* corr. *ἀλλ' ἐλύπησε....καὶ μᾶλλον*

" " 25 " *προσκτήσαθαι* " *προσκτήσασθαι*.

" 65 " 8 " *patrimonia* " *patrimonio.*

" 66 " 3 " *fragm. 5. 3. 4.* " *fragm. 3. 4.*

" 69 " 20 " *διαγιγνωσκωσιν* " *διαγιγνώσκωσιν*.

" 75 " 15 " *pertinissent* " *pertinuissent.*

" 77 " 3 " *Dracon* " *Draco.*

" 84 " 21 " *πρατής, καμπτής* corr. *πρατής, καμπτήρ*

" 89 " 23 " *προσαρμόζει* corr. *προσαρμόζων.*

" 96 " 26 " *καὶ δικάζειν.* " *καὶ δικάζειν μόνον*
μετεῖγον τῆς πολιτείας.

T H E S E S.

I.

Sophocl. fab. *Oed. Reg.* vss. 124 et 125 :

Πῶς οὖν ὁ ληστῆς εἴ τι μὴ ξὺν αἰγυνῷ

ἐπράσσετο² ἐνθένδ² ἐσ τόδ² ἀν τόλμης ἔβη;

legendos esse puto :

Πῶς οὖν ὁ ληστῆς εἴ τι μὴ ξὺν αἰγυνῷ

ἐπήρετο² vel παρήγετο² ἐνθενδ² ἐσ τόδ² ἀν τόλμης ἔβη;

II.

In eadem fabula vss. 155 seqq.

*Tí μοι ἡ νέον
ἡ περιτελλομέναις ὥραις πάλιν
ἴξανθεις χρόος;*

sic corrigantur:

*Tí μοι ἡ νέον
ἡ περιτελλομέναις ὥραις πόλιν οτέ.*

III.

In notissimo Platonis loco, Phaedon. p. 85. D. δεῖν τὸν γοῦν βέλτιστον τῶν ἀνθρωπίνων λόγων λαβόντα καὶ δυσεξέλεγκτότατον, ἐπὶ τούτου ὁγοήμενον, ὡςπερ ἐπὶ σχεδίας, κινδυνεύοντα διαπλεύσαι τὸν βίον, εἰ μή τις δύναιτο ασφαλέστερον καὶ ἀκινδυνότερον ἐπὶ βεβαιότερον ὄχηματος ἡ λόγου θείου τινὸς διαπορευθῆναι, verba ἡ λόγου θ. τινὸς pro interpretamento a Christiano addito habenda esse censeo.

IV.

Ibidem p. 76 E, pro *καταφεύγει ὁ λόγος* legendum *καταφέρει ὁ λ.*

V.

In Juvenalis *Sat.* IV. vss. 43,

neque enim minor (rhombus) haeserat illis,
quos operit glacies Maeotica ruptaque tandem
solibus effundit torpentis ad ostia Ponti, etc.
pro *torpentis* legendum est *torrentis*.

VI.

Eiusdem *Sat.* III. vs. 159., pro :

Sic libitum *vano*, qui nos distinxit, Othoni.
legatur :

Sic libitum, *vallo* qui nos distinxit, Othoni.

VII.

In Hor. Carm. Lib. I. c. 2., vs. 39. pro :

Acer et *Mauri* peditis cruentum
voltus in hostem ;
legendum censeo :

Acer et *Marsi*, et rel.

VIII.

Malta eo ducunt, ut credamus cosmogoniam Graecorum ex Aegypto venisse.

IX.

Fabula de Aenea in Latio non domestica fuisse videtur.

X.

Ciceronis fluctuatio in republica administranda non magis ipsius, quam temporum et hominum quibuscum vixit, culpae tribuenda est.

XI.

Perperam statuit Walter, Gesch. des Röm. Rechts 1845. § 129. „Ursprünglich, als die Uebermacht der „Patricier die Eintracht der Tribunen unter einander verstärkte, handelten sie häufig nach gemeinschaftlich „durch Stimmenmehrheit gefaszten Beschlüssen.“

XII.

Δικαστηρίων institutio non est Soloni tribuenda.

XIII.

Senatus quadringentorum e Solonis instituto ad *ἀρχὰς* referendus est.

XIV.

Immerito statuunt poetis veniam non esse materiem
sibi historicam immutandi atque refingendi.

XV.

Plures nostratum hodie artem Christianam immerito
negligendam esse censem.

XVI.

„Die Kunst ruht auf einer Art religiösem Sinn, auf
„einem tiefen unerschütterlichen Ernst; deswegen sie sich
„auch so gern mit der Religion vereinigt.“ GÖTHE.

XVII.

„Die Wahrheit der Naturformen gibt dem Schönen
„die Correctheit. Einen eigenthümlichen Kreis der Cor-
„rectheit macht das conventionelle Maasz selber aus,
„das sich als historischer Ausdruck einer Gestalt des
„Geistes fixirt.“

Rosenkranz. *Aesthetik des Häszlichen.*

XVIII.

E principiis disciplinae Spinozae petendum est, quod
puleritudo ei nulla erat.

XIX.

Methodus, qua Spinoza in philosophia usus est,
vitiis laborat.

XX.

Il faut remarquer, que les erreurs des hommes ne viennent pas tant de ce qu'ils tirent mal des conséquences, que de ce qu'ils admettent des principes faux. BAYLE.